

Universitätsbibliothek Wuppertal

M. Tullii Ciceronis Orationes diligentius recognitae & aptiore serie repositae

Cicero, Marcus Tullius

Lutetiae Paris, 1522

Accusationis in C. Verrem, liber III. Oratio VI.

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-431](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-431)

Actio. III.

illorū conatus inuestigare, & cōsequi possim. Ita res a me ageť, vt in eorū cōsiliis om̄ibus nō modo aures hoīm, sed etiā oculi Populi Ro. interesse videant. Vos aliquot iam p̄ annos con-
ceptā huic ordini turpitudinē, atq; infamiā delere potestis. Constat inter oēs, post hac iudi-
cia, quibus nūc vtimur, nullū hoc splēdore, atq; hac dignitate cōsiliū fuisse. Hic si qd erit of-
fensum, oēs hoīes nō iā ex eodē ordine alios magis idoneos, qđ fieri nō potest, sed aliū omni-
no ordinē ad res iudicādas q̄rendū arbitrabunt. Quapropter primū ab diis immortalib⁹, qđ
sp̄rare mihi videor, hoc idē Iudices peto: vt in hoc iudicio nemo improbus p̄ter eū, q̄ iā pri-
dē inuētus est, reperiat. Deinde si plures improbi fuerint, hoc vobis, hoc Populo Ro. Iudices
cōfirmo, vitā mehercule mihi prius, q̄ vim, perseuerantiāq; ad illorū improbitatē persequen-
dā defuturā. Verū qđ ego laborib⁹, piculis, inimicitisq; meis, tū cū admissum erit, dedecus
seuere me p̄secuturū esse polliceor, id ne accadat tu tua sapientia, auctoritate, diligentia M.
Glabrio potes p̄uidere. Suscipe causam iudiciorū, suscipe causam seueritatis, integritatis, si
dei, religionis: suscipe causam senatus, vt is hoc iudicio probat⁹, cū populo Ro. & in laude, &
in gratia esse possit. Cogita quo loco sis: qđ dare Populo Romano, qđ reddere maiorib⁹ tuis

Dare.

Reddere.


Acilia lex.

Arcessere.

Asconius le-
git, vt nos.

De Pretu-
ra urbana,
& antea
vita, vt in-
quit Asco.

Proiect⁹ ad
audendū.



ACCUSATIONIS IN C. VERREM, LIBER. III. ORATIO. VI.

EMINEM VESTRVM IGNORARE ARBITROR. IVDI-
ces, hūc p̄ hosce dies sermonē vulgī, atq; hāc opinionē Po. Ro. fuis-
se, C. Verrē altera actiōe respōsurū nō eē, neq; ad iudiciū affuturū.
Quae fama nō idcirco solū emanarat, q̄ iste certe statuerat, ac deli-
berauerat, nō adesse, verū etiā, q̄ nemo quēq; tā audacē, tā amētē, tā
impudētē fore arbitrabat, q̄ tā nefariis criminib⁹, tā multis testibus
euiētus, ora iudiciū aspiciere, aut os suū Po. Ro. ostēdere auderet. Est
idē Verres q̄ fuit semp, vt ad audēdū piētus, sic paratus ad audie-
dū, praesto est, respōdet, defendit. ne hoc qđ sibi reliqui fecit, vt in
rebus turpissimis, cū manifesto teneat, si reticeat, absit, tñ ipudētia

suę pudētē exitū quāsisse videat. Patior Iudices, & nō moleste fero, me laboris mei, vos virtutis vestre fructū esse laturos. Nā si iste id fecisset, qđ primo statuerat, vt nō adesset, minus aliquāto qđ mihi opus esset, cognoscere, quid ego in hac accusatione comparāda, cōstituedaq; elaborassem. Vestra vero laus tenuis plane, atq; obscura Iudices esset. Neq; enim hoc a vobis populus Ro. expectat: neq; eo potest esse cōtentus, si cōdemnatus sit is, qđ adesse noluerit, & si fortes fueritis in eo, quē nemo sit ausus defendere: immo vero adsit, respōdeat, summis opibus, summo studio potentissimorū hominū defendat: certet mea diligentia cū illorū omnium cupiditate, vestra integritas cū istius pecunia, testiū constantia cū illius patronorū minis, atq; potētia. Tum demū illa victa videbunt, cū in cōtentionem certamenq; venerint. Absens si iste esset damnatus, non tā ipse sibi consuluisse, qđ inuidisse vestre laudi videret. Neq; enim salus vlla maior Reip. hoc tempore reperiri potest, qđ populum Ro. intelligere, diligenter reiectis ab accusatore iudicibus, socios, leges, Remp. senatorio consilio maxime posse defendi. Neq; tanta fortunis omnium pncipes potest accedere, qđ opinione populi Ro. rationem veritatis, integritatis, fidei, religionis ab hoc ordine abiudicari. Itaq; mihi videor magnā, & maxime egrā, & prope depositā Reip. partem suscepisse: neq; in eo magis meę qđ vestre laudi existimationiq; seruisse. Accessi em̄ ad inuidiā iudiciorū leuandā, vituperationeq; tolerantiam: vt cū hec res pro volūtate populi Ro. esset iudicata, aliqua ex parte mea diligentia constituta auctoritas iudiciorū videretur. Postremo vt esset hoc iudicātū, vt finis aliquando iudiciarię cōtrouersię cōstitueret. Etem̄ sine dubio Iudices in hac causa ea res ī discrimē adducit. reus est em̄ nocētissimus, qđ si cōdemnat, definēt hoīes dicere, his iudiciis pecuniam plurimū posse. sin absoluit, desinemus nos de iudiciis trāsferēdis recusare, tametsi de absolute istius, neq; ipse iam sperat, nec populus Ro. metuit. De impudētia singulari, qđ adest, qđ respondet, sunt qđ mirent: mihi propter eius audaciā, atq; amentia ne hoc qđ mirandum videt. multa em̄ & in deos, & in hoīes impie, nefarieq; cōmisit. quorū scelerū pœnis agitāt, & a mente, consilioq; deducitur. Agunt eum præcipitē pœnæ ciuiū Romanorum, quos partim securi percussit, partim in vinculis necauit, partim implorantes iura libertatis, & ciuitatis, in crucē sustulit. Rapiunt eum ad suppliciu dī patrii, qđ iste inuentus est, qui e complexu parentū abreptos filios ad necē duceret, & parētes precū pro sepultura liberū posceret. Religiones vero, cerimoniarq; oīm sacrorū, sanorūq; violatæ, simulacraq; deorū, quę nō modo ex suis tēplis ablata sunt, sed etiā iacent in tenebris ab isto retrusa, atq; abdita, cōsistere eius animū sine furore, atq; amentia nō sinūt. Neq; iste mihi videt se ad damnationē offerre solū: neq; hoc auaritię supplicio cōmuni, qui tot sceleribus se obstrinxerit, contentus esse: singularem quādā pœnam istius immanis atq; importuna natura desiderat. nō id solum quæritur, vt isto damnato bona restituantur iis, quibus erepta sunt: sed & religiones deorum immortalium expiandæ, & ciuiū Ro. cruciatus, multorūq; innocentū sanguis, istius supplicio luen-

Depositā
reip. ptem;

Poscere pā
cium.

Sanguis lu
endus sup
plicio.

Frumentū
Decumas
num;

Actio. III.

Peculatus. cumani, detraxerit. Erūt etiā fortasse Iudices, q̄ illū eius peculatū vel acerrime vindicādū pu-
tent, q̄ iste M. Marcelli, & P. Africani monumenta, quæ nomine, illorū: re vera, populi Ro.
& erant, & habebant, ex famis religiosissimis, ex vrbibus sociorū, atq; amicorū non dubitave-
rit auferre. Emerferit ex peculat⁹ et iudicio: meditef de ducib⁹ hostiū, quos accepta pecunia
liberauit: videat qd de illis respōdeat, quos in eorū locū subditos domi suæ reseruauit: qua-
rat nō solū quēadmodū nostro crimini, verū etiā quo pacto suę cōfessionī possit mederi: me-
minerit se priore actiōe clamore populi Ro. infesto, atq; inimico excitatū, cōfessum esse, du-
ces a se prædonū securi nō esse percussos: se iam tū esse veritū, ne sibi crimini daref, eos ab se
pecunia liberatos: fateat id qd negari nō potest, se priuatū hoīem prædonū duces viuos, atq;
incolumes domi suæ, posteaq; Romam redierit, vsq; dum per me licuerit, tenuisse. hoc in illo
maiestatis iudicio si licuisse sibi ostēderit, ego oportuisse cōcedā. Ex hoc quoq; euaserit: pfi-
ciscar eo quo me iā pridē vocat populus Romanus. de iure enim libertatis, & ciuitatib⁹ suū
putat esse iudiciū, & recte putat. cōfringat iste sane vi sua, consilia senatoria, quæstiones oīm
perrumpat, euolet ex vestra seueritate, mihi credite arctioribus apud populum Ro. laqueis
tenebitur. credet iis equitibus Ro. populus Romanus, q̄ ad vos antea producti testes, ipls in
spectantibus ab isto ciuē Romanū, q̄ cognitores hoīes honestos daret, sublatū esse in crucem
dixerunt: credēt omnes. V. & XXX. tribus homini grauiissimo, atq; ornatissimo M. Annio,
qui se præfente ciuē Ro. securi percussum esse dixit: audiet a populo Romano vir primarius
eques Ro. L. Flauius, q̄ suū familiarē Herēniū negotiatorē ex Africa, cum eū Syracusis am-
plius cētū ciues Ro. cognoscerent, lachrymātesq; defenderēt, pro testimonio dixit securi esse
percussum: pbabit fidē, & auctoritatē, & religionē suā L. Suetius homo omnibus ornamētis
præditus, qui iuratus apud vos dixit, multos ciues Romanos in Latuniis istius imperio cru-
delissime per vim morte esse multatos. Hanc ego causam cū agā beneficio Po. Ro. de loco su-
periore, non vereor ne aut istum vis vlla ex Populi Ro. suffragiis eripere: aut a me vllū mu-
nus Aedilitatis amplius aut gratius Populo Ro. esse possit. Quapropter oēs in hoc iudicio
conentur omnia, nihil est iā qd in hac causa peccare Iudices quisq;, nisi vestro periculo pos-
sit. Mea quidē ratio cū in præteritis est rebus cognita, tū in reliqs explorata, atq; prouisa est.
Ego meū studiū in rempublicā, iā illo tēpore ostendi, cū lōgo interuallo veterē cōsuetudi-
nem retuli, & rogatu sociorū, atq; amicorū populi Ro. meorū aut necessariorū, nomen hoīs
audacissimi detuli. Qd meū factū lectissimi viri, atq; ornatissimi, quo in numero e vobis cō-
plures fuere, ita probarunt: vt ei q̄ istius q̄stor fuisset, & ab isto lesus inimicitias iustas perse-
queretur, nō modo deferēdi nominis, sed ne subscribēdi quidem, cū id postularet, facerent
potestatē. In Siciliā sum ingrendi causa profectus: quo in negotio industriā meā celeritas re-
ditionis, diligentia multitudo literarū, & testiū declarauit: pudorē vero, ac religionē, q̄ cū
venissem Senator ad socios populi Romani, q̄ in ea prouincia quæstor fuissem, ad hospites
meos, ac necessarios, causæ cōmunis defensor, diuertī potius, q̄ ad eos, q̄ a me auxiliū petiuis-
sent. Nemini meus aduētus labori, aut sumptui, neq; publice, neq; priuatim fuit. Vim in in-
quirēdo tantā habui, quantā mihi lex dabat, nō quātā habere poterā istorū studio, quos iste
vexarat. Romā vt ex Sicilia rediī, cū iste, atq; istius amici hoīes lauti & vrbani sermones hu-
iuscemodī dissipassent, quo animos testiū retardarēt, me magna pecunia a vera accusatiōe
esse deductū, tamen si probabat nemini, q̄ ex Sicilia testes erāt ii, q̄ quæstorē me in prouincia
cognouerant, & hinc hoīes maxime illustres, qui vt ipsi notī sunt, sic nostrū vnūquēq; opti-
me norūt, tū vsq; eo timui, ne qs de mea fide, atq; integritate dubitaret, donec ad reiciēdos
Iudices venimus. Sciebā in reiciēdis iudicibus nōnullos memoria nostra pactiōnis suspitio-
nē nō vitasse, cū in ipsa accusatiōe eorū industria, ac diligentia probaret. Ita reieci iudices, vt
hoc cōstet, post hūc statū populi Ro. quo nūc vrimur, simili splendore, & dignitate cōsiliū nul-
lū fuisse. Quā iste laudē cōmunē ait sibi esse mecfi, q̄ cū P. Galbā iudicē reiecisset, M. Lucretiū
retinuit: & cū eius patronus ex eo quæreret, cur suos familiarissimos Sex. Pedeceū, Q. Cōfi-
diū, Q. Iuniū reici passus esset, respōdit, q̄ eos in iudicādo nimīū sui iuris, sententiāq; cō-
gnosceret. Itaq; iudicibus reiectis sperabā iam onus meū vobiscū esse cōmune, putabā nō so-
lū notis, sed etiā ignotis probatā meā fidē esse, & diligentia, qd me nō fefellit. Nam comitiis
meis, cū iste infinita largitiōe contra me vteret, populus Ro. iudicauit, istius pecuniā, quæ
apud me cōtra fidē meā nihil potuisset, apud se cōtra honorē meū nihil posse debere. Quo q̄
dem die primum Iudices citati in hunc reū consedisistis, quis tam inimicus huic ordini fuit?

Latunia.

Peccare ve-
stro piculo

Deferre no-
men.

Reicere
iudices.

quis tam nouarū rerū, iudiciorū, iudicūq; cupidus, qui nō conspectu, confessuq; vestro cōmoueret! Cum in eo vestra mihi dignitas fructū diligentē referret, id sum affecutus, vt vna hora, qua cōpī dicere, reo audaci, pecunioso, profuso, perduto, spem iudicīi corrūpēdi prāciderē: vt primo die testiū tāto numero citato populus Ro. iudicaret, ipso absoluto Rēp. stare nō posse: vt alter dies amicis istius, & defensoribus nō modo spem victoriā, sed etiā voluntatē defensionis auferret: vt tertius dies sic hominē psterneret, vt morbo simulato nō qd respōderet, sed quēadmodū nō respōderet, deliberaret. Deinde reliquis diebus, his criminibus, his testibus, & vrbānis, & prouincialibus, sic obrutus, atq; oppressus est, vt his ludorum diebus interpositis, nemo istū cōperēdinatū, sed cōdēnatū iudicaret. Quapropter ego, qd ad me attinet Iudices, vici. nō enī spolia C. Verris, sed existimationē Po. Ro. cōcupiui. Meū fuit, cū causa accedere ad accusandū, quē causa fuit illustrior, q̄ a tā illustri puincia defensorē constitui, & eligi: Reipublicā cōsulare, quid iā Reip. honestius, q̄ in tāta inuidiā iudiciorū adducere hoīem, cui? dānatione totus ordo cū Po. Ro. & in laude, & in gratiā possit esse! Ostēdere, ac persuadere hominē nocētē adductū esse, quis est in Po. Ro. q hoc nō ex priore actione abstulerit: oīm ante dānatorū scelera, furta, flagitiā, si in vnū locū cōferant, vix cū hui? parua parte aequari, cōferriq; posse! Vos qd ad vestrā famā, existimationē, salutēq; cōmunē pertinet Iudices, spicite, atq; cōsultite. splendor vester facit, vt peccare sine sūmo reip. detrimēto, ac periculo nō possitis. nō enī pōt sperare Po. Ro. esse alios in senatu q recte possint iudicare, vos si nō potueritis, necesse est cū de toto ordine desperarit, aliud genus hoīm, atq; aliā rationē iudiciorū regrat. Hoc si vobis ideo leuius videt, q̄ putatis onus esse graue, & incōmodū iudicare, intelligere debetis, primū interesse, vtrum id onus vosmetipsi reieceritis: an q̄ probare populo Ro. fidē vestrā, & religionē nō potueritis, eo vobis iudicādi potestas erepta sit. Deinde etiā illud cogitate, quāto periculo vēturi sim? ad eos Iudices, quos ppter odiū vestri Po. Ro. de vobis voluerit iudicare. Verū vobis dicā id qd intellexi Iudices, hoīes scitote eē quos dā, quos tātū odiū vestri ordinis teneat, vt hoc palā iā dicitēt, se istū, quē sciāt esse hoīem iā probissimū, hoc vno noīe absolui velle, vt ab senatu iudiciā p ignominīā, turpitudinēq; auferant. Hęc me Iudices pluribus verbis vobiscū agere coegit nō timor meus de vestra fide, sed spes illorū noua, q̄ cū Verrē a porta subito ad iudiciū retraxisset, nōnulli suspicati sunt nō sine causa illius cōsiliū tā repente esse mutatū. Nūc ne nouo querimoniē genere vti possit Hortensius, & ea dicere, opprimi reū, de quo nihil dicat accusator: nihil esse tā periculosum fortunis innocentū, q̄ tacere aduersarios: & ne aliter q̄ ego velim, meū laudet ingeniū, cum dicat, me si multa dixissem, subleuaturū fuisse eū, quē cōtra dicerē: q̄ nō dixerim, perdidisse: morē illi gerā, vtar oratione pperua, nō quoniā hoc sit necesse, verū vt exeriā, vtrū ille ferat molestius, me tūc tacuisse, an nūc dicere. Hic tu fortasse eris dirigēs, ne quā ego horā de meis legitimis horis remittā: nisi oīm tpe, qd mihi lege cōcessum est, abusus ero, q̄rere: deū atq; hominū fidē īplorabis, circūueniri C. Verrē, q̄ accusator nolit tādiu, q̄diu liceat, dicere. Qd mihi lex mea causa det, eo mihi nō vti nō licebit! Nā accusandū mihi tēpus mea causa datum est, vt possem oratione mea crimina causamq; explicare. hoc si nō vtor, non tibi iniuriam facio, sed de meo iure aliquid, & cōmodo detraho. Causam enī inquit cognosci oportet. ea re quidem, q̄ aliter condemnari reus non potest, quis sit nocens. id igitur tu moleste tulisti, a me aliquid factum esse, quo minus iste cōdemnari posset! Nam causa cognita multi possunt absolui, incognita quidem condemnari nemo potest. Adimo enim cōperēdinatum, quod habet lex in se molestissimum, bis vt causa dicatur, quod aut mea causa potius est constitutum, q̄ tua, aut nihilo tua potius, q̄ mea, nam si bis dicere est commodum, certe vtriusq; commune est. si eum qui posterius dixit, opus est redargui, accusatoris causa, vt bis ageretur, constitutum est. Verum vt opinor Glaucia primus tulit, vt cōperēdinaretur reus: antea vel iudicari primo poterat, vel t̄ amplius pronunciarī. Vtram igitur putas legem molliorem? opinor illam veterem, qua vel cito absolui, vel tarde condemnari licebat. Ego tibi illam Aciliam legem restituo, qua lege multi semel accusati, semel dicta causa, semel auditis testibus cōdēnati sunt, nequāq; tam manifestis, neq; tantis criminibus, quātis tu cōuinceris, puta te non hac tam atroci, sed illa lege mitissima causam dicere, accusabo, respōdebis. testibus editis ita mittā in cōsiliū, vt etiā si lex ampliandī faciat potestātē, tū isti turpe sibi existimēt, nō primo iudicare. Verū si causam cognosci opus ē, parū ne cognita est: distulamus Hortensī, qd sape in dicendo experti sumus, quis nos magnopere attendit vnq; in

Cōperēdinatus.

Probare populo fidem.

Oratio perpetua.

Cōperēdinationem.

Mea causa.

Glaucia lex.

Ampliarī.

Actio. III.

hoc quod genere causarum: ubi aliquid ereptum aut ablatum a quopiam dicitur: nonne aut in tabulis, aut in testibus omnis expectatio iudicium est? Dixi prima actione me planum esse facturum C. Verrem H.S. quadringentis contra legem abstulisse, quid hoc planum egisse, si ita narrasse: Dico quodam fuit Calepinus qui cum eius filio propterea Sacerdote hereditas a proprio magna venisset, nihil habuit neque negotium, neque controversiam, Verres simul ac tetigit pecuniam: statim Messaniam literas dedit: Dionem evocavit: calumniatores ex sinu suo apposuit: quod illam hereditatem Veneri Erycinam commissam esse dicebant. Hac de re ostendit se ipsum cognitum. Possum deinceps totam rem explicare, deinde ad extremum id, quod accidit, dicere, Dionem H.S. decies centena millia numerasse, ut causam certissimam obtineret: praeterea greges equarum eius istum abigendos curasse: argenti vestisque stragule, quod fuerit, curasse auferendum. Hac neque cum ego dicerem, neque cum tu negares, magni momenti nostra esset oratio. Quo tempore igitur aures iudex erigeret, animumque attenderet: cum Dico ipse prodiret, cum ceteri, qui tunc in Sicilia negotiis Dionis interfuisent: cum pro eos ipsos dies, pro quos causam Dico diceret, reperiret pecunias sumpsisse mutuas, noxia sua exegisse, proda vendidisse: cum tabule viroque bonorum proferrent: cum quod pecuniam Dionem dederunt, dicerent, se iam tum audisse eo nummos sumi, ut Verri darentur: cum amici, hospites, patroni Dionis hominis honestissimi, hac eadem se audisse dicerent. Opinor cum haec fierent, tunc vos audiretis, sicut audistis, tunc causa agi videretur. Sic a me sunt acta omnia priore actione, ut in criminibus omnibus nullum esset, in quo quicquam vestrum perpetuam accusationem requirat. Nego esse quicquam a testibus dictum, quod aut vestrum cuiquam esset obscurum, aut cuiusquam oratoris eloquentiam quaereret. Etenim sic me ipsum egisse memoria tenetis, ut in testibus interrogandis omnia crimina proponerem, & explicarem: ut cum rem totam in medio proposuissem, tunc denique testem interrogarem. Itaque non modo vos, quibus est iudicandum, nostra crimina tenetis, sed etiam populus Romanus totam accusationem, causamque cognovit. tamen si ita de meo facto loquor, quasi ego illud mea voluntate potius, quam vestra iniuria adductus fecerim. Interposuistis accusatorem, qui cum ego mihi. C. & X. dies solos in Siciliam postularem, C. VIII. sibi in Achaiam postularer: menses mihi tres cum eripuissetis ad agendum maxime appositos, reliquum omne tempus huius anni me vobis remissurum putastis: ut cum horis nostris nos essemus? vbi, tu binis ludis interpositis, quadragesimo post die responderes. Deinde ita tempus duceret, ut a M. Glabrione Praetore & a magna parte horum iudicum, ad praetorem alium, iudicesque alios veniremus. Haec si ego non vidissem, si me non omnes noti ignotique monuissent, id agi, id cogitari, in eo laborari, ut res in illud tempus reiceret, credo si meis horis in accusando uti voluissem, vererem ne mihi crimina non suppeterent, ne oratio deesset, ne vox viresque deficerent, ne quem nemo prima actione defendere ausus esset, eum ego bis accusare non possem. Ego meum consilium tunc iudicibus, tunc Populo Romano probavi, nemo est alia ratione istorum iniuriam, atque impudenciam potuisse obsistere arbitretur. Etenim qua stultitia fuisset, si, quanta die qui istum eripiendum redemerunt, in cautione viderunt, cum ita cauerent, si post Calpurnianum in consilium iretur, in eadem die ego, cum potuissem vitare, incidissem? Nunc mihi temporis eius, quod mihi ad dicendum datur, quoniam in animo est causam omnem exponere, habenda ratio est diligenter. Itaque primum illud actum istius vite turpissimum, & flagitiosissimum praetermittam: nihil a me de pueritiae suae flagitiis, peccatisque audiet, nihil ex illa impura adolescentia sua, quae qualis fuerit, aut meminisset, aut ex eo, quae sui simillimum produxit, recognoscere potestis. Omnia praeteribo, quae mihi turpia dictu videbuntur, neque solum quod istum audire, verum etiam quid me deceat dicere, considerabo. Vos quaeso date hoc, & concedite pudori meo, ut aliqua parte de istius impudencia reticere possim. Omne illud tempus, quod fuit, antequam iste ad magistratus, Remque publicam accessit, habeat pro me solutum, ac liberum: sileatur de nocturnis eius bacchationibus, ac viciis: lenonum, aleatorum, pductorum nulla mentio fiat: damna, dedecora, quae, res patris eius, atque ipsius pertulit, praetereant: lucretia indicia veteris infamiae, patiatur eius vita reliqua non hanc tantam iacturam criminum facere. Quaestor Cn. Papirius Consul fuisse, abhinc annos quattuordecim: ex ea die ad hanc diem quae fecisti in iudicium voco. Hora nulla vacua a furto, a scelere, crudelitate, flagitio, reperietur. Hi sunt anni consumpti in quaestura, & legatione Asiatica, & Praetura urbana, & Praetura Siciliensi. Quare haec eadem erit quadripartita distributio totius accusationis meae. Quaestor, ex S. C. Prouinciam sortitus es, obligat tibi Consularis, ut cum Consul Cn. Carbone essem eamque prouinciam obtineres. Erat tunc dissensio civium, de qua nihil sum dicturus quid sentire debueris: vnum hoc dico, in eiusmodi tempore, ac sorte, statuere te debuisse, utrum malles sentire atque defendere. Carbo grauiter ferebat, sibi Quaestorem obligasse, hominem singulari luxuria, atque inertia, verumtamen ornabat eum beneficiis omnibus. Ne diutius teneam, pecunia attributa

Attendere
animum.

Actus pri-
mus vita.

Perducto-
res.

Quadriper-
tura distri-
butio ac-
cusat.

In L. Verrem. Fo. XXVII.

numerata est. profectus est quaestor in prouinciã, venit in Galliã expectatus ad exercitũ Cõ-
 sularẽ cũ pecunia: simulac primũ ei occasio visa est (cognoscite hoĩs principũ magistratũ
 gerendorũ, & Reip. administrandã) auersa pecunia publica quaestor cõsulẽ, exercitũ, prouin- Pecunia
auersa.
 ciãq; deseruit. Video quid egerim, erigit se, sperat sibi aurã posse aliquã afflari in hoc crimĩ-
 ne, volũtatis, dissensionĩsq; eorũ, qbus Cn. Carbonis mortui nomẽ odio sit: qbus illã reiectio-
 nem, proditiõẽq; cõsulis sui gratã sperat fore. quasi vero id cupiditate defendẽdã nobilita-
 tis, aũ studio partiũ fecerit, ac nõ apertissime cõsulẽ, exercitũ, prouinciãq; cõpilarit, & pro-
 pter impudẽtissimũ furtũ aufugerit. est enim obscurũ, & eiusmodi factũ eius, vt possit aliq; Ex Asco-
nio emẽda
tº p. Budẽ
locus.
 suspicari, C. Verrẽ, q; terrere novos hoĩes nõ potuerit, ad nobilitatem, hoc est ad suos trãse-
 isse, nihil fecisse propter pecuniã. Videamus rationes quẽadmodũ retulerit: iã ipse ostẽdet,
 quãobrem Cn. Carbonẽ reliquerit, iã se ipse indicabit. primũ breuitatẽ cognoscite. ACCEPI
 inq; VICIES DVCENTA TRIGINTAQ; VINQ; VE MILLIA QVADRINGENTOS Ex Asco-
nio emẽda
tº p. Budẽ
locus.
 XVII. NVMMOS. DEDI STIPENDIO, FRVMENTO, LEGATIS, PROQ; VAE-
 STORIBVS, COHORTI PRAETORIAE. HS. MILLE SEXCENTA TRIGINTA
 QVINQ; VE MILLIA QVADRINGENTOS. XVII. NVMMOS, RELIQ; VI ARIMI-
 NI HS. SEXCENTA MILLIA. Hoc est rationes referre: hoc modo aut ego, aut tu Hor-
 tensi, aut quisq; hominũ retulit: qd hoc est: quã impudentia: quã audacia: qd exemplũ ex tot
 hominũ rationibus relatis huiusmodi est: Illa tamẽ HS. sexcenta millia, quã neq; falso qdem
 potuit describere, qbus data essent, quẽ se Arimini scribit reliquisse, quẽ ipsa HS. sexcẽta mil-
 lia reliqua facta sunt, neq; Carbo attigit, neq; Sylla vidit, neq; in arariũ relata sunt. Oppidũ
 sibi elegit Ariminũ, qd cũ iste ratiões ferebat, oppressũ, direptũq; erat. nõ suspicabat id, qd
 nũc sentiet, satis multos ex illa calamitate Ariminẽsiũ, testes nobis in hãc rẽ reliquos esse. re-
 cita denuo. PLENTVLO, L. TRIARIO QVAESTORIBVS VRBANIS RES RATIO
 NVM RELATARVM. recita. EX S. C. vt hoc pacto ratiõẽ referre liceret, eo Syllanº re-
 pente factº est, nõ vt honos, & dignitas nobilitati restitueret. Q; si illinc inanĩ pfugisses, trã
 ista tua fuga, nefaria: pditiõ cõsulis tui, scelerata iudicaret. Malus ciuis, improbus cõsul, sedĩ-
 tiosus homo Cn. Carbo fuit. fuerit aliis, tibi qm esse cõepit: posteaq; tibi pecuniã, rẽ frumẽta-
 riã, rõnes oẽs suas, exercitũq; cõmisit. nã si tibi antea displicuisset, idem fecisses, qd anno post
 M. Pisoni quaestor: cũ L. Pisoni cõsuli obtigisset, nõ attigit pecuniã, nõ ad exercitũ pfectº est: qd
 de rep. sensit, ita sensit, vt nec fidẽ suã, nec morẽ maiorũ, nec necessitudinẽ sortis læderet. Et
 enĩ si hãc pturbare oĩa, & pmiscere volumº, totã vitã piculosã, inuidiosã, infestãq; redde-
 mus, si nullã religionẽ fors habebit, nullã societate cõiunctio secũda, dubieq; fortunã, nullã
 auctoritatẽ mores atq; instituta maiorũ. Oĩm est cõmunis inimicus, q; fuit hostis suorũ. Ne-
 mo vnq; sapiẽs pditori credẽdũ putauit. Ipse Sylla, cui aduẽtus istius gratissimº esse debuit, »
 ab se hoĩem, atq; ab exercitu suo remouit, Beneuẽti eẽ iussit apud eos, quos suis partibº ami- »
 cissimos esse intelligebat, vbi iste sũmẽ rei, causẽq; nocere nihil posset, ei p̃mia postea tamẽ li- »
 beraliter tribuit: bona quadã proscriporũ in agro Beneuẽtano diripiẽda cõcessit. Habuit »
 honorem vt proditori, nõ vt amico fidem. Nunc, quis sint homines, qui mortuum Cn. Car- »
 bonem oderint, tamẽ hi debent, non quid illi accidere voluerunt, sed quid ipsis in tali re me- »
 tuendum sit, cogitare. Cõmune est hoc malum: cõmunis metus: cõmune periculum. Nullã »
 sunt occultiores insidia: q; hẽ quã latent in simulatione officii, aut in aliquo necessitudinis »
 nomine. Nam cum qui palam est aduersarius: facile cauendo vitare possis. Hoc vero occul- »
 tum, intestinum, ac domesticum malum nõ modo non existit, verũ etiã opprimit, anteq; per »
 spicere, atq; explorare potueris. Ita ne vero: tu cum Quaestor ad exercitũ missus sis, custos »
 non solũ pecuniẽ, sed etiam Cõsulis: particeps omniũ rerũ, cõsiliõrumq; fueris: habitus sis in »
 liberũ loco, sicut mos maiorũ ferebat: repẽte relinquis: deseras: ad aduersarios trãseas: O sce- »
 lus: O portetũ in vltimas terras exportadũ. Nõ enĩ potest ea natura quã tãtũ facinus cõmi- »
 serit, hoc vno scelere esse cõtenta: necesse est semper aliquid eiusmodi moliatur: necesse est in »
 simili audacia perfidiãq; versetur. Itaq; idem iste, quẽ Cn. Dolabella postea C. Malleolo occi- »
 so pro Quaestore habuit (haud scio, an maior etiam hęc necessitudo fuerit, q; illa Carbonis: »
 ac plus iudiciũ volũtatis valere, q; sortis debeat) idem in Cn. Dolabellam, qui in Cn. Car- »
 bonem fuit. Nam quã in ipsum valebant crimina: contulit in istum: causãq; illius omnem »
 ad inimicos accusatoresq; detulit. Ipse in eum cui Legatus pro quaestore fuerat: inimicissĩ- »
 mũ atq; improbissimũ testimonium dixit: ille miser cum esset, tum proditiõne istius nefa- »

Actio. III.

ria, tū improbo, & falso eiusdē testimonio, tū multo ex maxima parte istius furtorum, ac flagitiorū inuidia cōflagrauit. qd hoc hoīe faciatis: ad aliquā spem, tā perfidiosum, tā importunū aīal referuetis: q in Cn. Carbonē sortē, in Cn. Dolabellā volūtatem neglexerit, ac violarit, eosq; ambos nō solū deseruerit, sed etiā pdiderit, atq; oppugnarit. Nolite queso Iudices breuitate orationis meae potius, q rerū ipsarū magnitudine crimina pōdere. mihi em̄ prope randū necessario est, vt oīa vobis, quae mihi cōstituta sunt, possim exponere. Quāobrē quaestura istius demonstrata, primiq; magistratus, & furto, & scelere perspecto, reliqua attendite. In qbus illud tēpus Syllanarū proscriptiōnū, ac rapinarū prētermittā, neq; ego istū sibi vllā ex cōmuni calamitate defensionē sinā sumere, suis eū certis, propriisq; criminibus accusabo. Quāobrē hoc omni tēpore Syllano ex accusatione circūscripto, legationē eius prēclaram cognoscite. Posteaq; Cn. Dolabellae prouincia Cilicia cōstituta est, O dii immortales, quāta iste cupiditate, qbus allegationibus illā sibi Legationē expugnauit: id qd Cn. Dolabellae p̄ncipiū maximae calamitatis fuit. Nā vt iste profectus est, quacunq; iter fecit, eiusmodi fuit, nō vt legatus populi Ro. sed vt quēdā calamitas puadere videret. In Achaia (prētermittā minora oīa, quorū simile forsitan aliū quoq; aliqd aliquando fecerit: nihil dicā, nisi singulare, nisi qd si in aliū reū diceret, incredibile videret) magistratū Sicyoniū nūmos poposcit. ne sit hoc crimē in Verrē, fecerūt aliū. cū ille nō daret, aīaduertit. improbū, sed nō inauditū. genus animaduersionis videte, quēretis ex quo genere hominē istū iudicetis. Ignem ex lignis viridibus, atq; humidis in loco angusto fieri iussit: ibi hominē ingenuū, domi nobile, Po. Ro. sociū atq; amicū, fumo excruciatū, semiuiuum reliquit. Iam quae iste signa, quas tabulas pictas, ex Achaia sustulerit, nō dicā hoc loco, est aliū mihi locus ad hāc cupiditatē demonstrandā seruatus. Athenis audistis ex aede Mineruae grande auri pōdus ablatū. Dictū hoc est in Cn. Dolabellae iudicio. dictū: etiā aestimatū. Huius consilii nō modo participē C. Verrē, sed principē fuisse reperietis. Delū venit, ibi ex Fano Apollinis religiosissimo noctu clā sustulit signa pulcherrima, atq; antiquissima, eaq; in onerariā nauē suā cōicienda curauit. Postridie cū spoliatum fanū viderēt ii, q Delū incolebant, grauiter ferebant. est em̄ tanta apud eos eius fanī religio, atq; antiquitas, vt in eo loco ipsum Apollinē natū esse arbitrent. verbū tamē facere nō audebant, ne forte ea res ad Dolabellā ipsum pertineret. Tū subito tēpestates coortē sunt maximae Iudices, vt nō modo proficisci, cū cuperet, Dolabella nō posset, sed vix in oppido cōsisteret. ita magni fluctus eiiciebant. Hic nauis illa praedonis istius onusta signis religiosis, expulsa, atq; eiecta fluctu, frāgit, in littore signa illa Apollinis reperiuūt, iussu Dolabellae reponunt, tēpesta sedat, Dolabella de loco proficiscit. Non dubito, quin, tametsi nullus in te sensus humanitatis, nulla ratio vnq; fuit religionis, nunc tamē in metu periculoq; tuo, tuorum tibi scelerū veniat in mentē. Potest ne tibi vlla spes salutis cōmoda ostēdi, cum recordaris, in deos immortales q̄ impius, q̄ sceleratus, q̄ nefarius fueris! Apollinē ne tu Delū spoliare ausus es: illi ne tu tēplo, tā antiquo, tā sancto, tā religioso manus impias, ac sacrilegas afferre conatus es! Si in pueritia nō his artibus, & disciplinis institutus eras, vt ea quae literis mandata sunt, disceres, atq; cognosceres, ne postea qdē, cū in ea ipsa loca venisti, potuisti accipere id qd est proditū memoriae, ac literis! Latonā ex longo errore, & fuga, grauidā, & iam ad pariendū vicinā, tēporibus exactis fugisse Delū, atq; ibi Apollinē Dianamq; peperisse. Qua ex opinione hominū illa insula eorū deorū sacra putat, tātaq; eius auctoritas religionis & est, & semp fuit, vt ne Persae quidē, cū bellū toti Graeciae diis hoībusq; indixissent, & mille numero nauū classem ad Delū appulissent, quicq; conarent aut violare, aut attingere. Hoc tu fanum depopulari homo improbissime, atq; amētissime audebas! fuit illa cupiditas tanta, quae tantā extingueret religionē! & si tum hāc nō cogitabas, ne nūc qdē recordaris, nullū esse tātū malū, qd nō tibi pro sceleribus tuis iandū debeat! In Asia vero postq; venit, qd ego aduentus istius prandia, coenas, equos, muneraq; cōmemorē: nihil cū Verre de quotidianis criminibus acturus sum. Chio per vim signa pulcherrima dico abstulisse, item Erythris, & Halicarnaso. Tenedo (prēterea pecuniā quā eripuit) Tenē ipsum, q apud Tenedios sanctissimus deus habet, q vrbē illā dicit cōdidisse, cuius ex noīe Tenedus nominat: hunc ipsum inquam Tenē, pulcherrime factū, quē quondā in comitio vidistis, abstulit magno cum gemitu ciuitatis. Illa vero expugnatio Fani antiquissimi, & nobilissimi Iunonis Samiae, q̄ luctuosa Samiis fuit: q̄ acerba toti Asiae: q̄ clara apud deos: q̄ nemini vestrū inaudita! De qua expugnatione cū legati ad C. Neronē in Asia Samo venissent, responsū tulerunt, eiusmodi querimonias,

Calamitas

Deliacum
Fanum.

Latona.

Tenes.

In L. Verrem. Fo. XXVIII.

quæ ad Legatū populi Romani pertinerēt, nō ad Prætorē, sed Romā deferri oportere. Quas iste tabulas illinc, quæ signa sustulit: quæ cognoui egomet apud istum in edibus nuper, cum obsignandi gratia venissem. Quæ signa nūc Verres ubi sunt: illa quero, quæ apud te nuper ad omnes columnas, omnibus etiā intercolumniis, in sylua deniq; disposita sub dio vidimus. Cur ea quidē aliū prætorē, cum iis iudicibus, quos in horum locum subfortitus es, de te in cōsiliū iturū putasti, tandiu domi fuerūt: posteaq; nostris testib; nos, q̄ horis tuis uti malle vidisti, nullū signū domi reliquisti: præter duo, quæ in mediis ædibus sunt, quæ ipsa Samo sublata sunt. Nō putasti me tuis familiarissimis in hanc rem testimonia denunciaturū, q̄ tuæ domi sæpe fuissent, ex quibus quærerē signa scirēt ne fuisset, quæ non essent! Quid tū hos de te iudicatuos arbitratus es, cū viderēt, te iam nō contra accusatorē tuū, sed contra questorē, questorēq; pugnare! Qua de re Charidemū Chiū testimonium priore actione dicere audistis: sese, cū esset Aristarchus, & Verrem ex Asia decedentem prosequerēt, iussu Dolabellæ fuisse vna cū isto Sami, seseq; tū scire, spoliatum esse fanū Iunonis, & oppidū Samum: posteaq; se causam apud Chios ciues suos Samiis accusantibus publice dixisse: eoq; se esse absolutum, q̄ planū fecisset, ea quæ legati Samiorū dicerent, ad Verrē, nō ad se pertinere. Aspendū vetus oppidū, & nobile in Pamphylia sciris esse, plenissimū signorū optimorū, non dicā illinc hoc signū ablatū esse, & illud: hoc dico, nullū te Aspendi signum Verres reliquisse, omnia ex fanis, ex locis publicis, palam, spectatibus omnibus, plostris euecta, asportataq; esse. Atq; etiam illum Aspendiū Citharistā, de quo sæpe audistis id, qd̄ est græcis hoibus in proverbio, quem omnia intus canere dicebāt, sustulit, & in intimis suis ædibus posuit, ut etiā illū ipsum artificio suo superasse videat. Pergæ fanū antiquissimū, & sanctissimū Dianæ scimus esse. id quoq; a te nudatū & spoliatū esse, ex ipsa Diana qd̄ habebat auri detractū, atq; ablatū esse dico. Quæ, malū, est ista tanta audacia, atq; amētia: quas enim sociorū, atq; amicorum vrbes adisti legationis iure, & nomine, si in eas vi, cum exercitu imperioq; inuasisses, tamē opinor quæ signa, atq; ornāmēta ex his vrribus sustulisses, hæc nō in tuā domū, neq; in suburbana amicorum, sed Romam in publicū deportasses. Quid ego de M. Marcello loquar, q̄ Syracusas urbē ornatissimā cepit: quid de L. Scipione, qui bellū in Asia gessit, Antiochūq; regem potentissimum vicit: quid de Flaminio, qui regem Philippū, & Macedoniā subegit: quid de L. Paulo, q̄ regem Persen vi, ac virtute superauit: quid de L. Mummio, qui urbem pulcherrimā, atq; ornatissimam Corinthū plenissimā rerū omniū sustulit, vrbesq; Achaia, Bœotiq; multas sub imperiū populi Ro. ditionēq; subiunxit: quorū domus cū honore & virtute florent, signis & tabulis pictis erant vacuæ. at vero urbē totam, templa deorum, omnesq; Italiae partes illorum donis, ac monumentis exornatas videmus. Vereor ne hæc forte cuiq; nimis antiqua, & iam obsoleta videantur. ita enim tum æquabiliter omnes erant huiusmodi, ut hæc laus eximiae virtutis, & innocentiae, non solum hominum, verū etiam temporum illorum esse videatur. P. Seruilius vir clarissimus, maximis rebus gestis adest, de te sententiā laturus est: Olynthum vi, copiis, consilio, virtute cepit, urbem antiquam, & omnibus rebus auctam, & ornatam. recēs exemplū fortissimi viri profero. Nā postea Seruilius Imperator populi Ro. Olynthum urbem hostium cepit, q̄ tu in hisdem illis locis legatus quaestorius oppida pacata sociorum, atq; amicorū diripienda, ac vexada curasti. Tu quæ ex fanis religiosissimis per scelus, & per latrocinium abstulisti, ea nos videre nisi in tuis, amicorumq; tuorum tectis nō possumus. P. Seruilius quæ signa atq; ornāmēta ex vrbe hostium, & virtute capta, bellī lege, atq; imperatorio iure sustulit, ea populo Ro. asportauit, per triumphum vexit, in tabulas publicas ad ararium perscribenda curauit. Cognoscite ex literis publicis hominis amplissimi diligentia. RATIONES RELATAE P. SERVILII. Nō solū numerū signorum, sed etiā vniuscuiusq; magnitudinē, figurā, statū, literis definiri vides. Certe maior est virtutis, victorieq; iucūditas, q̄ ista voluptas, quæ percipit ex libidine, & cupiditate. multo diligentius habere dico Seruiliū prædā po. Ro. q̄ te tua furta notata, atq; descripta. Dices tua quoq; signa & tabulas pictas ornāmēto vrbi, foroq; Po. Ro. fuisse. memini, vidi simul cū Populo Ro. forū, comitiūq; adornatū ad speciem magnifico ornatu: ad sensum, cogitationēq; acerbo, & lugubri: vidi collucere omnia furtis tuis, præda prouinciarū, spoliis sociorū, atq; amicorū. Quo quidē tēpore Iudices iste spem maximā reliquorū quoq; peccatorū nactus est, vidit em̄ eos, q̄ iudiciorū dominos se dici volebāt, harū cupiditatem esse seruos. Socii vero, nationesq; extera, spem oīm tum primum abiecerunt rerum, ac fortunarum suarum, p̄pterea, q̄ casu legati ex

† questorē

Aspendius
Citharista

Subiunxit
sub imperiū.

Actio. III.

Asia, atq; Achaia plurimi Romae tunc fuerunt, q; deorum simulacra ex suis fanis sublata in foro venerabant: iteq; cetera signa & ornamenta cum cognosceret, alia alio in loco lachrymares intuebant. Quorum omnium hunc sermonem tunc esse audiebamus, nihil esse, quod quisquam dubitaret detuebant. Quorum omnium hunc sermonem tunc esse audiebamus, nihil esse, quod quisquam dubitaret detuebant. Quorum omnium hunc sermonem tunc esse audiebamus, nihil esse, quod quisquam dubitaret detuebant.

Tabulae accepti. Asia, atq; Achaia plurimi Romae tunc fuerunt, q; deorum simulacra ex suis fanis sublata in foro venerabant: iteq; cetera signa & ornamenta cum cognosceret, alia alio in loco lachrymares intuebant. Quorum omnium hunc sermonem tunc esse audiebamus, nihil esse, quod quisquam dubitaret detuebant. Quorum omnium hunc sermonem tunc esse audiebamus, nihil esse, quod quisquam dubitaret detuebant.

Ad impluvium stant. Asia, atq; Achaia plurimi Romae tunc fuerunt, q; deorum simulacra ex suis fanis sublata in foro venerabant: iteq; cetera signa & ornamenta cum cognosceret, alia alio in loco lachrymares intuebant. Quorum omnium hunc sermonem tunc esse audiebamus, nihil esse, quod quisquam dubitaret detuebant. Quorum omnium hunc sermonem tunc esse audiebamus, nihil esse, quod quisquam dubitaret detuebant.

Iuno Samia. Asia, atq; Achaia plurimi Romae tunc fuerunt, q; deorum simulacra ex suis fanis sublata in foro venerabant: iteq; cetera signa & ornamenta cum cognosceret, alia alio in loco lachrymares intuebant. Quorum omnium hunc sermonem tunc esse audiebamus, nihil esse, quod quisquam dubitaret detuebant. Quorum omnium hunc sermonem tunc esse audiebamus, nihil esse, quod quisquam dubitaret detuebant.

Lampsacum. Asia, atq; Achaia plurimi Romae tunc fuerunt, q; deorum simulacra ex suis fanis sublata in foro venerabant: iteq; cetera signa & ornamenta cum cognosceret, alia alio in loco lachrymares intuebant. Quorum omnium hunc sermonem tunc esse audiebamus, nihil esse, quod quisquam dubitaret detuebant. Quorum omnium hunc sermonem tunc esse audiebamus, nihil esse, quod quisquam dubitaret detuebant.

Factus ad istius libidines. Asia, atq; Achaia plurimi Romae tunc fuerunt, q; deorum simulacra ex suis fanis sublata in foro venerabant: iteq; cetera signa & ornamenta cum cognosceret, alia alio in loco lachrymares intuebant. Quorum omnium hunc sermonem tunc esse audiebamus, nihil esse, quod quisquam dubitaret detuebant. Quorum omnium hunc sermonem tunc esse audiebamus, nihil esse, quod quisquam dubitaret detuebant.

Munire viam. Asia, atq; Achaia plurimi Romae tunc fuerunt, q; deorum simulacra ex suis fanis sublata in foro venerabant: iteq; cetera signa & ornamenta cum cognosceret, alia alio in loco lachrymares intuebant. Quorum omnium hunc sermonem tunc esse audiebamus, nihil esse, quod quisquam dubitaret detuebant. Quorum omnium hunc sermonem tunc esse audiebamus, nihil esse, quod quisquam dubitaret detuebant.

Hospitalissimus. Asia, atq; Achaia plurimi Romae tunc fuerunt, q; deorum simulacra ex suis fanis sublata in foro venerabant: iteq; cetera signa & ornamenta cum cognosceret, alia alio in loco lachrymares intuebant. Quorum omnium hunc sermonem tunc esse audiebamus, nihil esse, quod quisquam dubitaret detuebant. Quorum omnium hunc sermonem tunc esse audiebamus, nihil esse, quod quisquam dubitaret detuebant.

recepisse: magnifice, & ornate, vt erat in primis inter suos copiosus, cōuiuū comparat, ro-
gat Rubriū vt quos ei cōmodū sit inuitet, locū sibi solī si videat relinquat. vt etiā filiū suū
lectissimū adolescentē foras ad p̄pinquū suū quendā mitteret ad cōnā. Tum Rubrius istius
comites inuitat. eos omnes Verres certiores facit, quid opus esset. mature veniunt, discūbi-
tur, fit sermo inter eos, & inuitatio, vt Græco more biberetur, hospes hortatur, poscūt ma-
ioribus poculis, celebratur omniū sermone, letitiāq; cōuiuū. Posteaq; satis calere res Rubriū
visa est, quæso inquit Philodame, cur ad nos filiā tuā nō intro vocari iubes? Homo qui & sum-
ma grauitate, & iam id etatis, & parens esset, obstupuit hominis improbi dicto. instare Ru-
brius. tum ille, vt aliquid responderet, negauit moris esse Græcorum, vt in conuiuio virorū
accumberent mulieres. Hic tum alius ex alia parte: enīmuero ferendū hoc non est, vocetur
mulier. & simul seruis suis Rubrius, vt ianuā clauderent, & ipsi ad fores assisterent, imperat.
Quod vbi ille intellexit, id agi, atq; id parari, vt filiæ suæ vis afferretur, seruos suos ad se vo-
cat, his imperat, vt se ipsum negligant, filiā defendant, excurrat aliquis, q̄ hoc tantū dome-
stici mali filio suo nunciet. Clamor interea fit tota domo inter seruos Rubrii, atq; hospitis,
iactatur domi suæ vir primus, & homo honestissimus, p̄ se quisq; manus affert, aqua deniq; Domi suæ
feruētī a Rubriū ipso Philodamus perfundit. Hęc vbi filio nūciata sunt, statim exanimatus
ad edes contēdit, vt & vitę patris, & pudicitię sororis succurreret. Omnes eodē animo Lampsa-
ceni, simul vt hoc audiuerunt, q̄ eos tum Philodami dignitas, tum iniurię magnitudo mo-
uebat, ad edes noctu cōuenerūt. Hic lictor istius Cornelius, qui cū eius seruis erat a Rubriū,
quasi in præsidio ad auferendā mulierē collocatus, occiditur: serui nōnulli vulnerātur, ipse
Rubrius in turba sauciatur. Iste, qui sua cupiditate tātos tumultus cōcitatos videret, cupe-
re aliqua euolare, si posset. Postridie mane homines in concionē veniūt, querūt quid optimū
factū sit: pro se quisq; vt in quoq; erat auctoritatis plurimū, ad populū loquebat: inuētus est
nemo, cuius nō hęc & sententia esset, & oratio, non esse metuendū, si istius nefarium scelus
Lampfaceni vlti vi, manuq; essent, ne Senatus populuscq; Ro. in eam ciuitatē animaduerten-
dum putaret. Q; si hoc iure legati populū Ro. in socios, nationesq; exterarū vterētur, vt pu-
dicitia liberorū seruare ab eorū libidine tutam nō liceret, quiduis esse perpetrātū, q̄ in tā-
ta vi, atq; acerbitate versari. Hęc cū omnes sentirent, & cū in eam rationem p̄ suo quisq; sen-
su, ac dolore loqueretur, omnes ad eā domū, in qua iste diuersabatur, profecti sunt, cedere ia-
nuam saxi, instare ferro, ligna & farnēta circūdare, ignem subicere cœperūt. Tū ciues Ro.
qui Lampfaci negotiabatur, cōcurrunt. orāt Lampfacenos, vt grauius apud eos nomē lega-
tionis, q̄ iniuria legati putaretur. sese intelligere hominē illū eē impurū, ac nefarium: sed qm̄
nec perfecisset qd̄ conatus esset, neq; futurus esset Lampfaci postea, leuius eorū peccatum fo-
re, si homini scelerato pepercissent, q̄ si legato nō pepercissent. Sic ite multo sceleratior, & ne-
quior, q̄ ille Adrianus, aliquāto etiam felicior fuit. Ille q̄ eius auaritiā ciues Ro. ferre non
potuerant, Vtice domi suæ viuus exultus est. Idq; ita illi merito accidisse existimatū est, vt le-
tarentur oēs, neq; vlla animaduersio cōstitueretur. Hic sociorū ambustus incendio, tamē ex
illa flāma, periculoq; euolauit, neq; adhuc causam vllam excogitare potuit, quāobrē cōmiserit,
aut qd̄ euenerit, vt in tantū periculū veniret. Non em̄ potest dicere, cū seditionem sedare
vellem, cū frumētum imperarē, cum stipendiū cogere, cum aliquid deniq; Reip. causa gere-
rem, q̄ acrius imperaui, q̄ animaduerti, q̄ minatus sum. quæ si diceret, tamen ignosci non
oporteret, si nimis atrociter imperando sociis, in tantū adductus periculum videretur. Nūc
cum ipse causam illius tumultus neq; verā dicere, neq; falsam confingere audeat: homo autē
ordinis sui frugalissimus, qui tum Accensus C. Neroni fuit, P. Terrius hęc eadem se Lampsa-
ci cognosse dixerit: vir omnibus rebus ornatissimus C. Varro, qui tū in Asia Tribunus mi-
litum fuit, hęc eadem ipsa se ex Philodamo audisse dicat: potestis dubitare, quin istum fortu-
na non tā ex illo periculo eripere voluerit, q̄ ad vestrū iudiciū reseruare? Nisi vero illud di-
cet, qd̄ & in testimonio Terrii priore actione interpellauit Hortēsius, quo tempore quidē si-
gni satis dedit, si qd̄ esset qd̄ posset dicere, se tacere nō posse: vt q̄ diu in ceteris rebus tacue-
rit, scire omnes possemus, nihil habuisse qd̄ diceret. Hoc tum dixit, Philodamū & eius filiū
a C. Nerone esse damnatos. de quo ne multa disseram, tantum dico secutū id esse Nerone, &
eius consiliū, q̄ Cornelium lictorē occisum esse constaret: putasse nō oportere esse, ne in vl-
ciscenda quidē iniuria, cuiq; hominis occidendi potestati. In quo video Neronis iudicio non
te absolutū esse improbitatis, sed illos dānatos esse cedis. Verū ista dānatio tamē cuiusmo-

Græco mo-
re bibere.

Domī suæ.

Ad domū
profecti.

Cogere sti-
pendiū.

Accensus
miles.

Actio. III.

di fuit: Audite queso Iudices, & aliqui miseremini socios, & ostēdite aliqd his in vestra fide
 presidii esse oportere. Quod toti Asię iure occisus videbat istius ille, verbo licet, re vera mini
 ster improbiſſimę cupiditatis, primū iste ne Philodamus Neronis iudicio liberaret, rogat,
 & orat Dolabellā, vt de sua prouincia decedat, ad Neronē proficiſcatur: se demōstrat inco
 lumē esse nō posse, si Philodamo viuere, atq; aliqui Romā venire licuiſſet. Cōmotus est Dola
 bella, fecit id, qđ multi reprehēderūt, vt exercitū, puinciā, bellum relinqueret, & in Asiā ho
 minis nequiſſimī causa, in alienā puinciā proficiſceret. Posteaq; ad Neronē venit, cōtēdit ab
 eo, vt Philodami causam cognosceret. Venerat ipse, qđ esset in cōsilio, & primus sententiā dī
 ceret. adduxerat etiā p̄fectos, & tribunos militares suos, quos Nero oēs in cōsiliū vocauit.
 erat in cōsilio etiā equiſſimus iudex, ipse Verres: erāt nōnulli togati creditores Gręcorū, qui
 bus ad exigēdas pecunias improbiſſimī cuiusq; legati plurimū p̄dest gratia. Ille miser defen
 forem reperire neminē poterat. Quis, n. eēt aut togatus, qđ Dolabellę gratia, aut Gręcus, qui
 eiusedē vi, & imperio nō moueretur? Accusator aut apponit ciuis Ro. de creditorib; Lampſa
 cenorū: qui, si dixiſſet qđ iste iuſſiſſet, per eiusedē istius lictores a populo pecuniā posset exige
 re. Cū hęc oīa tanta cōtentiōe, tātis copiis agerētur, cū illū miserū multi accusarēt, nemo de
 fenderet, cūq; Dolabella cū suis p̄fectis pugnaret in cōsilio, Verres fortunas agi suas dice
 ret, idē testimoniū diceret, idē esset in cōsilio, idē accusatorē parasset: hęc cū oīa fierēt, & cū
 hoīem cōstaret occisum, tamē tāta vis istius iniurię, tanta in isto improbitas putabat, vt de
 Philodamo ampliaret. Quid ego nunc in alterā actionē Cn. Dolabellę spiritus: quid huius
 lachrymas, & cōcurſiones proferā: quid C. Neronis viri optimi, atq; innocētiſſimī nōnullis
 in rebus animū nimis timidū, atq; demissum: qui in illa re qđ facere potuerit, nō habebat: ni
 si forte id qđ omnes tū desiderabāt, vt ageret eā rem sine Verre, & Dolabella: qđquid esset si
 ne his actū, oēs probarēt. Tū vero qđ p̄nunciatū est, nō per Neronē iudicatū, sed p̄ Dolabellā
 lam ereptū existimabat. Cōdemnat em̄ perpaucis sentētiis Philodamus, & eius filius. Adest,
 instat, vrget Dolabella, vt q̄primū securi feriātur, quo q̄minime multi ex illis de istius nefa
 rio scelere audire possent. Cōstituitur in foro Laodiceę spectaculū acerbum, & miserū, & gra
 ue toti Asię prouincię: grandis natu parens adductus ad suppliciū, ex altera parte filius: ille
 qđ pudicitia liberorum, hic qđ vitā patris, famāq; sororis defenderat. Flebat vterq; nō de suo
 supplicio, sed pater de filii morte, de patris filius. Quid lachrymarū ipsūm Neronē putatis
 pfudisse: quē fletū toti? Asię fuisse: quē luctum, & gemitū Lampſacenorū: securi eē percussos
 hoīes innocētes, nobiles, socios populi Ro. atq; amicos, p̄pter hoīs flagitiosissimi singularem
 neq̄tiā, atq; improbiſſimā cupiditatē: Nemo iam Dolabella neq; tui, neq; tuorū liberorū, quos
 tu miseros in egestate atq; in solitudine reliquisti, misereri potest. Verres ne tibi tantū fuit,
 vt eius libidinem hominū innocentū sanguine lui velles: Idcirco ne exercitū, atq; hostem re
 linquebas, vt tua vi, & crudelitate, istius hominis improbiſſimī pericula subleuares: Quod em̄ etiā
 tibi Questoris in locū constitueras, idcirco tibi amicū in perpetuū fore putasti: Nesciebas ab
 eo Cn. Carbonem Conf. cuius re vera Questor fuit, nō modo relictū, sed etiā spoliatū auxilia
 riis, pecunia, nefarie oppugnatū, & proditū: Expertus igitur es istius perfidiam tum, cū se ad
 inimicos tuos cōtulit, cū in te homo ipse nocens acerrimū testimoniū dixit, cū rationes ad
 erariū nisi dānato te referre noluit. Tāte ne tuę Verres libidines erunt, vt eas capere, ac sus
 tinere nō prouincię Po. Ro. nō natiōes extere possint: Tu ne qđ videris, qđ audieris, qđ con
 cupieris, qđ cogitaris, nisi id ad nutū tuum p̄ſto fuerit, nisi libidini tuę cupiditatiq; parue
 rit, immittētur hoīes: expugnabūtur domus: ciuitates nō modo pacate, verū etiam sociorū
 atq; amicorū, ad vim atq; ad arma cōfugiēt, vt ab se atq; ab liberis suis Legati Po. Ro. scelus,
 atq; libidinē ppulsare possint: Nā quęro abs te, circūſeſſus ne sis Lāpsaci: cœperit ne domū,
 in qua diuersabare, illa multitudo incendere: Voluerint ne legatū Po. Ro. comburere viuum
 Lampſaceni: negare non potes. Habeo enim testimoniū tuū, qđ apud Neronem dixisti: ha
 beo quas ad eundē literas misisti. Recita hūc ipsūm locū de testimoniō. TESTIMONIUM
 C. VERRIS IN ARTEMIDORVM. NON MVLTQ POST IN DOMVM. Bellū ne Popu
 lo Ro. Lampſaci ciuitas facere conabatur: Deficere ab imperio ac nomine nostro volebat:
 Video enim, & ex his quę legi, & audiui, intelligo, in qua ciuitate non modo Legatus Popu
 li Romani circūſeſſus, non modo igni, ferro, manu, copiis, oppugnatus, sed aliqua ex par
 te violatus sit, nisi publice satisfactum sit, ei ciuitati bellum indici, atq; inferri solere. Quę
 fuit igitur causa, cur cuncta ciuitas Lampſacenorum de concione quemadmodum tute

ampli⁹ p
nunciaret.

liberum.

amittent
homines.

scribis, domū tuam cōcurrerēt! Tu. n. neq̄ in literis, quas Neroni mittis, neq̄ in testimonio, causam tantī tumultus ostēdis vllam. obsessum te dīcis, ignem allatum, farnēta circūdata, lictorē tuū occisum esse dīcis, prodeundi tibi in publicū potestātē factam negas, causam huīus tantī terroris occultas. Nam si quā Rubrius iniuriā suo noīe, ac nō impulsu tuo, & tua cupiditate fecisset, de tui comitis iniuriā, questū ad te potius, q̄ te oppugnatū venirent. Cū igitur, quę causa illius tumultus fuerit, testes a nobis producti dixerint, ipse cēlarit, nonne causam hāc, quā nos proposuimus, tum illoꝝ testimonia, tū istius taciturnitas perpetua cōfirmat! Huic homini parceris igitur Iudices! cuius tāta peccata sunt, vt hī, q̄bus iniurias fecerit, neq̄ legitimū tēpus expectare ad vlciscendū, neq̄ vim tantam doloris in posterū differre potuerūt. Circūfessus es. a q̄bus! a Lampfacenis, barbaris hoībus credo, aut iis q̄ populū Ro. contēnerēt. immo vero ab hoībus, & natura, & cōsuetudine, & disciplina lenissimis: potro aut Po. Ro. conditione sociis, fortuna seruis, voluntate supplicibus. vt perspicuū sit omnibus, nisi tanta acerbitas iniurię, tāta vis sceleris fuisset, vt Lampfaceni moriendū sibi potius, q̄ perpetiendū putarent, nunq̄ illos in eum locum progressuros fuisse, vt vehemētius odio libidinis tuę, q̄ metu legationis mouerētur. Nolite per deos immortales cogere socios, atq̄ ex teras nationes, hoc vti perugio, quo, nisi vos vindicatis, vtētur necessario. Lampfacenos in istum nunq̄ vlla res mitigasset, nisi eū pēnas Romę daturū credidissent. Etsi talem acceperāt iniuriā, quā nulla lege satis digne persequi poterāt, tamē incōmoda sua vestris cōmittere legibus, & iudiciis, q̄ dolori suo permittere maluerūt. Tu mihi, cū circūfessus a tam illustri ciuitate sis p̄pter tuū scelus atq̄ flagitium: cū coegeris hoīes miseros, & calamitosos quasi desperatis nostris legibus, & iudiciis, ad vim, ad manus, ad arma, cōfugere: cum in oppidīs, & ciuitatibus amicorū nō legatum Po. Ro. sed tyrannū libidinosum, crudelēq̄ prābueris: cū apud exteris nationes imperiū, noīsq̄ nostri famā tuis probris flagitiisq̄ violaris: cum te ex ferro amicorū Po. Ro. eripueris, atq̄ e flamma sociorū euolaris: hic tibi perugium speras futurū: erras, vt huc incideres, nō vt hic cōquiesceres, illi te viuū exire passi sunt. & ais, iudicium esse factum, te iniuriā circūfessum esse Lampfaci, q̄ Philodamus cū filio cōdēnatus sit. Quid si doceo, si planū facio, teste hoīe nequā, verū ad hanc rem tamē idoneo (te ipso inquā teste docebo) te huīus circūfessionis tuę causam, & culpam in alios transtulisse! neq̄ in eos, quos tu insimularas, esse aīduersum: iam nihil te iudiciū Neronis adiuuat. Recita quas ad Neronē literas misit. **EPISTOLA C. VERRIS AD NERONEM. THEMISTAGORAS ET THESSALVS.** Themistagorā & Thessalum scribit populū cōcītasse, quem populū: qui te circūfedit, qui te viuū comburere conatus est. vbi hoc persequeris! vbi accusas! vbi defendis ius nomēq̄ Legati! In Philodami iudicio dices id actū. cedo mihi ipsius Verris testimonium. videamus quid idē iste iuratus dixerit. Recita. **AB ACCVSATORE ROGATVS RESPONDIT: IN HOC IVDICIO NON PERSEQVI: SIBI IN ANIMO ESSE ALIO TEMPORE PERSEQVI.** Quid igit te iuuat Neronis iudiciū! quid Philodami damnatio! Legatus cū esses circūfessus, cūq̄, quēadmodū tute ad Neronem scripsisti, Po. Ro. cōmuniq̄ causę legatorū facta esset iniuria insignis, nō es persecutus: dīcis tibi in animo esse alio tēpore persequi. qd̄ fuit id tēpus! quādo es persecutus! cur imminuisti ius legationis! cur cām Po. Ro. deseruisti, ac prodidisti! cur iniurias tuas cōiunctas cū publicis reliquisti! Nōne te ad Senatū cām deferre! nō de tam atrocibus iniuriis conqueri! nō eos hoīes, qui populū concitarent, consulū literis euocādos curare oportuit! Nuper M. Aurelio Scauro postulante, q̄ is Ephesi se Questorē vī prohibitū esse dicebat, quo minus e fano Dianę serūū suū, qui in illud Asylū cōfugisset, abduceret, Pericles Ephesus homo nobilissimus Romā euocatus est, q̄ auctor iniurię illius fuisse argueret. Tu, si te legatū ita Lampfaci tractatū esse Senatū docuisses, vt tui comites vulnerarētur, lictor occideret, ipse circūfessus pene incēderet, eius aut rei duces, & auctores, & principes fuisse, quos scribis Themistagorā & Thessalum, quis nō cōmoueretur! quis nō ex iniuriā quę tibi esset facta, sibi prouideret! q̄s nō in ea re causam tuā, periculum cōmune agi arbitraretur! Etenim nomē legati eiusmodi eē debet, qd̄ nō modo inter sociorū iura, sed inter hostiū tela incolume versetur. Magnū hoc Lampfacenū crimē est, libidinis, atq̄ improbissimę cupiditatis. Accipite nūc auaritię p̄p̄modū in suo genere nō leuius. Milesios nauē poposcit, quę eū prāsidiū causa Myndum p̄sequeretur. Illi statim Myoparonē egregium de sua classe, ornatum, atq̄ armatū dederūt. Hoc prāsidiū Myndum profectus est. nam, quid Milesiis lanę publicę abstulerit, item de sumptu in aduentū, de contumeliis, & in-

Cōmittere
Permittere
re.

Legatorū
iura.
Poposcit
nauē Mile
sios.
Myoparonē

Actio. III.

iuriis in Magistratū Milesium, tametsi dici tum vere, tum grauius, & vehemēter potest, tamē dicere prętermittā, eaq; omnia testibus integra referuabo. Illud, qđ neq; taceri vllō modo potest, neq; dici p dignitate, cognoscite. Milites, remigescq; Miletū Myndo pedibus reuerti iubet, ipse Myoparonē pulcherrimū, de decē Milesiorū nauibus electum, L. Magio, & L. Rabio, qui Myndi habitabāt, vendidit. Hi sunt hoīes, quos nuper senatus in hostiū numero cęsuis habēdos, hoc illi nauigio ad omnes Po. Ro. hostes vsq; ab Dianio, qđ in Hispania est, ad Sino-
 Dianiū.
 Sinopa.
 pam, quę in Ponto est, nauigauerūt. O dii immortales, incredibilem auaritiā, singularēq; au-
 daciā. nauē tu de classe Po. Ro. quā tibi Milesia ciuitas, vt te psequeretur, dedisset, ausus es
 vēdere? Si te magnitudo maleficii, si te hominū existimatio nō mouebat, ne illud quidē cogi-
 tabas, huius improbiissimi furti, siue adeo nefarię pręde, tam illustrē ac tam nobilē ciuitatem
 testem futurā: an quia tum Cn. Dolabella in eū, qui Myoparoni pręfuerat, Milesiisq; rem ge-
 stā renunciarat, aīaduertere tuo rogatu conat⁹ est, renūciationēq; eius, quę erat in publicas
 literas relata illoꝝ legibus, tolli iusserat: idcirco te ex hoc crimine elapsū esse arbitrare. Multū
 te ista fefellit opinio, & quidē multis in locis. Semper em existimasti, & maxime in Sia-
 cilia, satis cautum tibi ad defensionē fore, si aut referri aliquid in literas publicas veruisses:
 aut qđ relatū esset, tolli coegisses. Hoc qđ nihil sit, tametsi ex multis Sicilię ciuitatibus prio-
 re actione didicisti, tamē etiam in hac ipsa ciuitate cognosce. Sunt illi quidē dicto audiētes,
 qđiū adsunt hi, qui imperāt: simul ac discesserūt, nō solū illud perscribūt, qđ tū phibiti sunt,
 sed etiā causam adscribūt, cur nō tum in literas relatū sit. Manent istę literę Miletī, manent,
 & dum erit illa ciuitas, manebūt. Decē enim naues iussu L. Murenę, populus Milesius ex pe-
 cunia vectigali populi Ro. fecerat, sicut p sua quęq; parte Asia cęterę ciuitates. Quāobrem
 vnam ex decē nō prędonū repentino aduentu, sed legati latrocinio, nō vi rēpstatis, sed hac
 Retulerūt
 in literas
 publi.
 horribili rēpstate sociorū amissam in literas publicas retulerunt. Sunt Romę legati Milesiū
 hoīes nobilissimi, ac principes ciuitatis, qui tametsi mēsem Februariū & Cons. designatorū
 nomē expectant, tamē hoc tantū facinus nō modo negare interrogati, sed ne producti quidē
 reticere poterūt. Dicēt in quā & religione adducti, & legū domesticarū metu, quid illo Myo-
 parone factū sit, ostendēt C. Verrē in ea classe, qđ cōtra piratas edificata sit, piratā ipm cōsce-
 ratum fuisse. C. Malleolo questore Cn. Dolabellę occiso, duas sibi hereditates venisse arbi-
 tratus est. vnam Questorię pcuratiōnis. nam a Dolabella statim pro questore iussus est esse
 alterā tutelę. Nam cū pupilli Malleoli tutor esset, in bona eius impetū fecit. Nam Malleolus
 in prouinciā sic copiose profectus erat, vt domi prorsus nihil relinqueret. Pręterea pecunias
 Syngra-
 pha.
 Sodalis.
 occuparat apud populos, & syngraphas fecerat, argenti optimi cęlati grāde pondus secum
 tulerat (Nam ille quoq; sodalis istius erat in hoc morbo & cupiditate) grāde pondus argē-
 ti, familiā magnā, multos artifices, multos formosos hoīes reliquit. Iste qđ argenti placuit,
 inuasit: quę mācipia voluit, abduxit: vina, cęteraq; quę in Asia facillime cōparantur, quę ille
 reliqrat, asportauit, reliqua vēdidit, pecuniā exegit. Cū ad HS. XX. qnquies redegisse cō-
 staret, vt Romā rediit, nullam literā pupillo, nullam matri eius, nullam tutoribus reddidit:
 seruos artifices pupilli cū haberet domi, circum pedes autē hoīes formosos & literatos, suos
 esse dicebat, se emisse. Cum sępius mater, & auia pueri postularēt, vti, si nō redderet pecuniā,
 nec rationem daret, diceret saltē quantū pecunię Malleoli deportasset, multis efflagitatus alii
 quādo dixit, HS. decies. deinde in codicis extremā cęrā nomē infimū in flagitiosa litura fecit:
 expensa Chryfogono seruo HS. sexcenta millia, accepta pupillo Malleolo retulit. Quomodo
 Quadrare.
 ex decies HS. sexcenta sunt facta, quomodo. DC. eodem modo quadrarint, vt illa de Cn. Car-
 bonis pecuniā reliqua HS. sexcenta facta sunt, quomodo Chryfogono expensa lata sunt, cur
 id nomē infimū, in lituraq; sit, vos existimabitis. Tñ HS. sexcēta millia cū accepta retulisset,
 HS. qnq; millia soluta non sunt. Homines, posteaq; reus factus est, alii redditū, alii etiam nūc.
 Peculia.
 retinētur: peculia omniū, vicariiq; retinētur. Hęc est istius pręclara tutela. En cui tuos libe-
 ros cōmittas, en memoria mortui sodalis, en met⁹ viuorū existimatiōnis. Cū tibi se tota Asia
 spoliandā, ac vexandā tradidisset, cum tibi exposita esset omnis ad prędandū Pamphylia, cō-
 tentus his tam opimis rebus nō fuisti: manus a tutela, manus a pupillo, manus a sodalis fi-
 lio abstinere nō potuisti: lam te nō Siculi, nō aratores (vt dicitas) circūueniunt, nō hi, qđ de
 Euerfusbo
 nis.
 Existo.
 cretis edictisq; tuis in te concitati, infestiq; sunt. Malleolus a me productus est, & mater eius
 atq; auia, quę misere, flentes, euersum a te puerū patris bonis esse dixerunt. Quid expectas?
 an dum ab inferis ille Malleolus existat: atq; abs te officia tutelę, sodalitatis, familiaritatisq;

In L. Verrem. Fo. XXXI.

flagitet! ipsum putato adesse, homo auarissime & spurcissime, redde bona sodalis filio. Si non que abstulisti, at quae confessus es. Cur cogis sodalis filium hanc primam in foro vocem cum dolore, & querimonia emittere? Cur sodalis uxorem, sodalis socrum, domum denique totam sodalis mortui, contra te testimonium dicere? Cur puderrimas, electissimasque feminas in tantum viorum conuentum insolitas inuitasque prodire cogis? Recita omnium testimonia. TESTIMONIUM MATRIS ET AVIAE. Pro questore vero quomodo iste commune Meliadum vexarit, quomodo Lyciam, Pamphyliam, Pisidiam, Phrygiamque totam frumeto imperando, estimando, hac sua quam tu primum excogitauit, Siciliensi estimatione afflixerit, non est necesse demonstrare verbis. Hoc scitote, his nominibus, quae res per eum gestae sunt, cum iste ciuitatibus frumentum, coria, cilicia, saccos imperaret, neque ea sumeret, pro his rebus pecuniam exigeret, his nominibus solis Cn. Dolabellae HS. ad tricenas litem esse estimata. Quae omnia, etiam si voluntate Dolabellae fiebant per istum omnino gerebantur. Cossitiam in vno nomine, multa sunt ex eodem genere. Recita. DE LITIBVS AESTIMATIS Cn. DOLABELLAE POPVLO RO. PECVNIAE REDACTAE. QVOD A COMMVNI MELIADVM. Te haec coegisse, te estimasse, tibi pecuniam numeratae esse dico: ea denique vi, & iniuria cum pecunias maximas cogeres, per omnes partes prouinciae te, tanquam aliquam calamitosam repestatam, pestemque peruasisse demonstro. Itaque M. Scaurus, qui Cn. Dolabellam accusauit, istum in sua potestate ac ditone tenuit. homo adolescens cum istius in inquirendo multa furta, ac flagitia cognosceret, fecit perire, & callide, volumine eius rerum gestarum maximam, istum ostendit, ab homine quae voluit in Dolabellam abstulit, istum testem produxit, dixit iste quae velle accusatorum putauit. Quo ex genere mihi testium, qui cum isto furati sunt, si vti voluissem, magna copia fuisset: qui ut se periculo litium, coniunctione criminum liberarent, quo ego vellem descensuros pollebantur. Eorum ego voluntatem omnem repudiaui, non modo proditori, sed ne perfuge quidem locus in meis castris cuiquam fuit. Forsitan meliores illi accusatores habendi sunt, qui haec omnia fecerunt: sed ego defensorem in mea persona, non accusatorem maxime laudari volo. Rationes ad erarium, antequam Dolabella condemnatus est, non audeo referre. Impetrat a senatu ut dies sibi prorogaretur, quod tabuas suas ab accusatoribus Dolabellae obsignatas diceret, perinde quasi exscribere dei potestatem non haberet. solus est hic, qui nunquam rationes ad erarium referat. Audistis Questoriam rationem tribus versiculis relatam: legationis, non nisi condemnato & electo eo, qui posset reprehendere: nunc denique praeturae, quam ex S. C. statim referre debuit, usque ad hoc tempus non retulit. Questorem se in senatu expectare dixit, proinde quasi non & Questor sine praetore posset rationem referre, ut tu Hortensi, ut omnes, eodem modo sine Questore praetor. Dixit idem, Dolabellam imperasse omnem magistratibus conscriptis, qua causa placuit probauerunt. Verum Questores quoque iam pridem venerunt: cur non retulisti? illarum rationum ex ea sece legationis, Questoriaeque tuae procuratoris illa sunt nomina, quae Dolabellae necessario sunt estimata. EX LITIBVS AESTIMATIS DOLABELLAE PR. ET PROPR. Quae minus Dolabella Verri acceptum retulit, quam Verres illi expensum tulerit, HS. quingenta triginta quinque millia: & quod plus fecit Dolabella Verrem accepisse, quam iste in suis tabulis habuit, HS. ducenta triginta duo millia: & quod plus frumenti fecit accepisse istum, HS. decies & octingenta millia, quod tu homo castissimus aliquid in tabulis habebas. Hinc ille extraordinariae pecuniae, quas nullo duce, tamen aliqua ex particula inuestigamus, redundarunt. Hinc ratio Q. & Cn. Posthumii, Curtii, multis nominibus, quorum in tabulis iste habet nullum. Hinc HS. quater decies P. Tadio numerata Athenis testibus planum faciam. Hinc empta apertissime praetura. nisi forte id etiam dubium est, quomodo iste Praetor factus sit. Homo scilicet, aut industria, aut opera probata, aut frugalitatis existimatione preclara, aut quod denique, id quod leuissimum est, assiduitate: qui ante Questuram cum meretricibus, non omnibusque vixisset: Questuram ita gessisset, quemadmodum cognouistis: Romae post Questuram illam nefariam vix triduum constitisset: absens non in obliuione iacuisset, sed in assidua commemoratione omnium flagitiorum fuisset: is repente, ut Romam venit, gratis Praetor factus est. Alia porro pecunia ne accusaretur data, nihil ad me, nihil ad rem pertinere arbitror, data tam quidem esse tum inter omnes recentis negotio facile constabat. Homo stultissime, & amantissime tabulas cum conficeres, & cum extraordinariae pecuniae crimine subterfugere velles, satis te elapsurum omni suspitione arbitrabare, si quibus pecuniam credebas, iis expensum non ferres: neque in tuas tabulas vllum nomen referres, cum tot tibi nominibus acceptum Curtii referrent: quid proderat tibi te expensum illis non tulisse: an tuis solis tabulis te causam dicturum existimasti? Verum ad illam iam veniamus preclaram praeturam, criminamque ea quae notiora sunt his, qui ad

Comune. i.
rep. com.

Calamito
sa repestas.

Questores.

Verres.

Extraordi
naria pecu
nia.

Actio. III.

funt, q̄ nobis, qui meditati ad dicendū, paratīq; venimus: in q̄bus nō dubito, quin offensionē negligentē vitare, atq; effugere nō possim. Multi em̄ ita dicēt, de illo nihil dixit, in quo ego interfui: illam iniuriā nō attigit, quē mihi, aut amico meo facta est, quibus ego in rebus interfui. His omnibus, qui istius iniurias norunt, hoc est Po. Ro. vniuerso, me vehemēter excusatum volo, nō negligētia mea fore, vt multa prēteream, sed q̄ alia testibus integra reseruari velim, multa autē p̄pter rationem breuitatis, ac tēporis prētermittenda existimē. Fatebor etiā illud inuitus, me prorsus, cū iste punctū tēporis nullum vacuū peccato prēterire passus sit, omnia quē ab isto cōmissa sunt, nō potuisse cognoscere. Quapropter ita me de prētura criminibus auditote, vt ex vtroq; genere, & iuris dicendi, & factorū tētorū exigendorū, ea postuletis, quē maxime digna sunt eo reo, cui paruū, ac mediocre obiici nihil oporteat. Nā vt Prētor factus est, qui auspiciato a Chelidone surrexisset, sortē nactus est vrbane puincia, magis ex sua, & Chelidonis, q̄ ex Po. Ro. voluntate. qui principio, qualis in edicto conuentione fuerit, cognoscite. P. Annius Afellus mortuus est C. Annio Sacerdote Prētoris. is cū haberet vnicā filiam, neq; census esset, qd̄ natura hortabat, lex nulla prohibebat, fecit vt filiam bonis suis heredē institueret. heres erat filia, faciebant oīa cū pupilla, legis equitas, voluntas patris, edicta Prētoris, cōsuetudo iuris eius, qd̄ erat rū, cū Afellus est mortuus. Iste prētor designatus (vtrū admonitus, an tentatus, an qua est iste sagacitate in his rebus, sine duce vllō, sine indice peruenit ad hāc improbitatē, nescio, vos tantū hoīs audaciā, amentiāq; cognoscite) appellat heredē L. Annium, qui erat institutus secundū filiā. Nō, n. mihi persuadetur, istū ab illo pri⁹ appellatū. Dicit se posse ei cōdonare edicto hereditatē, docet hoīem qd̄ possit fieri, illi bona res, huic vendibilis videbatur. Iste tamen si singulari est audacia, tamen ad pupillę matrem summittebat, malebat pecuniā accipere, ne quid noui ediceret, q̄ vt hoc edictum tam improbū, & inhumanū interponeret. Tutores, pecuniā Prētori si pupillę noīe dedissent, gradē p̄sertim, quēadmodū in rationē inducerēt, quēadmodū sine periculo suo dare possent, nō videbant: simul & istum fore tam improbū nō arbitrabatur, sepe appellati pernegauerūt. Iste ad arbitriū eius, cui cōdonarat hereditatē ereptā liberis, q̄ equū edictū scripserit, quęso cognoscite. CVM INTELLIGAM LEGEM VOCONIAM. Quis vnq; crederet Verrē mulierum aduersarium futurum: an ideo aliquid cōtra mulieres fecit, ne totū edictum ad Chelidonis arbitriū scriptum videretur! Cupiditati hominū ait se obuiā ire. Quid potius, non modo his temporibus, sed etiā apud maiores nostros! quis tā remotus fuit a cupiditate! dic quęso cętera. Delectat enim me hoīs grauitas, scientiā iuris, auctoritas. QVI AB AVLO POSTHVMIO, Q. FVLVIO CENSORIBVS POST VE EA, FECIT, FECERIT. Fecit, fecerit: quis vnq; edixit isto modo! quis vnq; eius rei fraudē, aut periculū proposuit edicto, qd̄ neq; post edictum, neq; ante edictū prouideri potuit! Iure, legibus, auctoritate omnium, q̄ cōsulebant, testamentū P. Annii fecerat nō improbum, non inofficiosum, non inhumanū. qd̄ si ita fecisset, tamen post illius mortē nihil de testamento illius noui iuris constitui oporteret. Voconia lex te videlicet delectabat: imitatus esses illū ipsū C. Voconium, qui lege sua hereditatē ademūt nulli neq; virgini, neq; mulieri: sanxit in posterū, qui post eos Cēsores census esset, ne quis heredem virginē, neve mulierem faceret. In lege Voconia nō est, fecit, fecerit, neq; in vlla prēteritū tempus reprehēditur, nisi eius rei, quę sua sponte scelerata, ac nefaria est, vt etiam si lex nō esset, magnopere vitāda fuerit. Atq; in his rebus multa videmus ita sancta esse legib⁹, vt ante facta in iudiciū nō vocētur. Cornelia, Testamētaria, Nummaria, cętere cōplures: in quibus nō ius aliquod nouum populo cōstituitur, sed sancitur, vt qd̄ semper malū facinus fuerit, eius quęstio ad populum pertineat ex certo tēpore. De iure vero ciuili si quid noui quis instituit, omnia quę ante acta sunt, rata eē patitur. Cedo mihi lege Atinias, Furias, Fuffias: ipsam, vt dixi, Voconiā, omnes prēterea de iure ciuili: hoc reperies in omnibus statui ius, quo post eā legem populus vtatur. Qui plurimum tribuit Edicto, Prētoris edictum legem annuam dicunt esse. tu edicto plus complecteris q̄ lege. Si finē edicto Prētoris afferūt Calend. Ianuarii, cur nō initium quoq; edicti nascitur a Calend. Ianuarii: an in eū annū p̄gredi nemo poterit edicto, quo Prētor alius futurus est: in illū, quo Prator ali⁹ fuit, regredietur! Ac si hoc iuris nō vnius causa hoīs edixisses, cautius cōposuisses. scribis, si quis heredem fecit fecerit. q̄ si plus legarit, q̄ ad heredem haredesve perueniat, qd̄ per legē Voconiam ei qui census non sit, licet, cur hoc cum in eodem genere sit, non caues: quia non generis, sed hoīs causam verbis amplecteris, vt facile appareat te precio eē cōmotū. Atq; hoc si

Punctū tem-
poris,
Sarta tecta

Inducere i
rationem.

Lex Voco-
nia,

Prētoris
edictū, lex
annua,

In L. Verrem. Fo. XXXII.

in posterū edixisses, minus esset nefarium, tamē esset improbū. Sed tum vituperari posset, in dubiū venire nō posset. nemo. n. cōmitteret. nunc est eiusmodi edictū, vt quiuis intelligat, nō populo esse scriptū, sed P. Annii secundis heredibus. Itaq; cū a te caput illud tam multis verbis mercenario p̄mio esset ornatū, ecquis est inuētus postea Pr̄tor, qui illud idē ediceret! nō modo nemo edixit, sed ne metuit qdē quisq;, ne q̄s ediceret. nā post te Pr̄torē multi testamenta eodē modo fecerūt. in his nuper Annia. ea de multoꝝ propinquoꝝ sententiā, pecuniā sa mulier, q̄ censa nō erat, testamēto fecit heredē filiam. Itaq; hoc magnū iudiciū hominū de istius singulari improbitate, qd̄ Verres sua sponte instituisset, id neminē metuisse, ne quis reperiretur, qui istius institutū sequi vellet. Solus em̄ tu inuentus es, cui nō satis fuerit corrigere volūtates viuoꝝ, nisi etiā rescinderes mortuoꝝ. Tu ipse ex Siciliensi edicto hoc sustulisti. voluisti, ex iprouiso si q̄ res natę eēt, ex urbano edicto decernere: quā postea tibi tu defensionē relinquebas, in ea maxime offendisti, cū tuam auctoritatē tute ipse edicto puinciali re pudabas. Atq; ego nō dubito, quin vt mihi, cui filia maxime cordi est, res hec acerba videatur, atq; indigna, sic vniciq; vestrum, qui simili sensu, atq; indulgentia filiarū cōmouemini. Quid. n. natura nobis iucūdius! qd̄ charius eē voluit: quid est dignius, in quo omnis nostra diligētia indulgētiaq; consumatur! Homo importunissime cur tantā iniuriā P. Annio mortuo fecisti: cur hūc dolorē cineri eius, atq; ossibus inuulisti, vt liberis eius bona patria, voluntate patris, iure, legibus tradita eriperes, & cui tibi esset cōmodū, condonares! Quibuscūq; uia ni bona nra partimur, his Pr̄tor adimere nobis mortuis bona, fortunaq; poterit! Nec p̄titionē inquit, nec possessionē dabo. Eripiēs igitur pupillę togam p̄textam! detrahes ornamenta nō solum fortunę, sed etiā ingenuitatis! Miramur ad arma cōtra istū hoīem Lampscenos isse! miramur istum de prouincia decedentē clam Syracusis profugisse! nos si alienam vicem pro nostra iniuriā doleremus, vestigiū istius in foro nō esset relictū. Pater dar filię, p̄hibes: leges sinunt, tamē te interponis: de iuis bonis ita dat, vt ab iure nō abeat. quid habes qd̄ reprehendas! nihil opinor. At ego cōcedo, prohibe si potes, si habes qui te audiat, si potest tibi edicto audiens esse quisq;, eripias tu voluntatē mortuis, bona uiuis, ius ossibus: hoc Po. Ro. nō manu vindicasset, nisi te huic tempori, atq; huic iudicio reseruasset! Posteaq; ius Pr̄torium cōstitutū est, semper hoc iure vsi sumus, si tabulę testamētī nō proferrentur, tum vti quęq; potissimū heredem esse oporteret, si is intestato mortuus esset, ita secundū eū possessio daretur. Quare hoc sit equissimū, facile est dicere. sed in re tam vsitata, satis est ostēdere, omnes antea ius ita dixisse, & hoc verus edictum translaticiūq; esse. Cognoscite aliud hominis in re vetere edictū nouum, & simul, dum est vnde ius ciuile discatur, adolescētes ei in disciplinā tradite, mirū est hominis ingeniū, mira prudentia. Minutius quidā mortuus est ante istum Pr̄torem, eius testamentū erat nullum, lege hereditas ad gen̄tē Minutiam veniebat. Si habuisset iste edictū, qd̄ ante istū, & postea omēs habuerūt, possessio Minutię gēti eēt data: si quis testamēto se heredē esse arbitraretur, qd̄ tum nō extaret, lege ageret in hereditatem, aut pro p̄de litis vindiciarū, cū satisfaccepisset, sponsonē faceret. ita de hereditate certaret. Hoc opinor iure & maiores nostri, & nos semp vsi sumus. videte vt hoc iste correxerit. Cōponit edictū his verbis, vt quiuis intelligere possit, vnus hominis causa cōscriptum esse, tantū q̄ hominē nō nominat, causam quidē totā perscribit, ius, cōsuetudinē, equitatē, edicta oīm negligit. **EX EDICTO VRBANO. SI DE HAEREDITATE AMBIGITVR SI POSSESSOR SPONSIONEM NON FACIET.** Iam quid id ad Pr̄torē, vter possessor sit: nōne id queri oportet, vtrū possessorē eē oporteat: ergo quia possessor est, nō moues possessione: si possessor nō esset, nō dares. nusq; enim scribis, neq; tu aliud quicq; edicto amplecteris, nisi eam causam, pro qua pecuniā acceperas. Iam hoc ridiculū est. **SI DE HAEREDITATE AMBIGITVR, ET TABVLAE TESTAMENTI OBSIGNATAE NON MINVS MVLTIS SIGNIS, QVAM E' LEGE OPORTEAT, AD ME PROFERENTVR, SECVNDVM TABVLAS TESTAMENTI POTISSIMVM HAEREDITATEM DABO.** Hoc translaticiū est, sequi illud oportet, si tabulę testamenti non proferentur. Quid ait: se ei daturū qui dicat heredē esse. Quid ergo interest proferantur nec ne! si protulerit, vno signo vt sit minus q̄ ex lege oportet, nō des possessionem: si oīno tabulas nō proferet, dabis. Quid nunc dicam, neminē vnq; postea alium edixisse! valde sit mirum, neminē fuisse qui istius se si milem dici vellet: ipse in Siciliensi edicto hoc non habet, exegerat em̄ iam mercedem. Itē, vt illo edicto, de quo ante dixi, in Sicilia de hereditatum possessionibus dandis, edixit idem, qd̄

Mercenariū p̄m̄ium.

Dolere alienā vicem.

Translatitiū.

Ironia.

Actio. III.

omnes Romę preter istum. EX EDICTO SICILIENSI. SI DE HAEREDITATE AMBI
GITVR. At per deos immortales qđ est qđ de hoc dici possit: Iterũ em iam quero abs te,
sicut modo in illo capite Anniano de mulierũ hereditatibus, nunc in hoc de hereditatũ pos
sionibus, cur ea capita in edictũ prouinciale trãsserre nolueris? Vtrũ digniores homines
existimasti eos, qui habitabant in prouincia, q̄ nos, qui equo iure vteremur: an aliud Romę
equũ est: aliud in Sicilia? Nõ em hoc potest hoc loco dici, multa esse in prouinciis aliter edi
cenda: nõ de hereditatũ quidẽ possessionibus, nõ de mulierum hereditatibus. Nã vtroq; ge
nere video nõ modo ceteros, sed te ipsum totidem verbis edixisse, quot verbis edicẽ Romę
solet. Quę Romę magna cũ infamia, precio accepto edixeras, ea sola te, ne gratis in prouin
cia male audires, ex edicto Siciliensi sustulisse video. Et cum edictum totũ eorũ arbitrato q̄
diu fuit designatus, cõponeret, qui ab isto ius ad vtilitatem suam nundinarẽtur, tum vero
in magistratu cõtra illud edictum suũ sine vlla religione decernebat. Itaq; L. Pisoni multos co
dices impleuit earũ rerũ: in quibus ita intercessit, qđ iste aliter, atq; vt edixerat, decreuisset.
qđ vos oblitos esse nõ arbitror, quę multitudo, qui ordo ad Pisonis sellam isto Pretore solia
tus sit cõuenire. Quem iste collegam nisi habuisset, lapidibus coopertus esset in foro: sed eo
leuiore istius iniurię videbatur, qđ erat in equitate, prudentiaq; Pisonis paratissimũ perflu
gium, quo sine labore, sine molestia, sine impensa, etiã sine patrono hoies vterentur. Nã quę
so redite in memoriã Iudices, quę libido istius in iure dicendo fuerit, quę varietas decreto
rũ, quę nundinatio, q̄ inanes domus eorũ omnium, qui de iure ciuili consuli solent, q̄ plena
atq; referta Chelidonis. a qua muliere cum erat ad eum ventum, & in aurem eius infusurra
tum, alias reuocabat eos, inter quos iam decreuerat, decretumq; mutabat: alias inter alios
contrarium sine vlla religione decernebat, ac proximis paulo ante decreuerat. Hinc illi ho
mines erant, qui etiam ridiculi inueniebantur ex dolore. quorum alii, vt audistis, negabant
mirandum esse, ius tam nequã esse Verrinum. alii etiã frigidiores erant: sed quia stomacha
bantur, ridiculi videbantur esse, cum Sacerdotem execrabatur, qui Verrem tam nequã reli
quisset. Quę ego nõ cõmemorare, neq; enim perfacete dicta, neq; porro hac seueritate digna
sunt, nisi vos illud vellem recordari, istius nequitiam, & iniquitatẽ, tum in ore vulgi, atq; in
cõmunibus puerbiis esse versatã. In plebem vero Romanã vtrũ superbiã prius memorẽ: an
crudelitã? Sine dubio crudelitas grauior est, atq; atrocior. Oblitos ne igĩt hos putatis esse,
quẽadmodũ sit iste solitus virgis plebẽ Romanã cõcidere: quã rem etiã Trib. ple. in concione
egit, cum eũ, quẽ virgis iste ceciderat, in prospectũ Po. Ro. produxit. Cuius rei cognoscendã
faciam vobis suo tẽpore potestãtẽ. Superbiã vero quę fuerit, quis ignorat: quẽadmodũ is tea
nuissimũ quẽq; cõtẽperit, despexerit, liberũ esse nunq; duxerit. P. Trebonius viros bonos,
& honestos compiãres fecit heredes: in his fecit suũ libertũ. is A. Treboniũ fratrẽ habuerat
proscriptũ: ei cum cautũ vellet, scripsit, vt heredes iurarent, se curaturos, vt ex sua quisq;
parte, ne minus dimidiũ ad A. Trebonium fratrem illũ proscriptum perueniret. Libertus iu
rat, ceteri heredes adeunt ad Verrem, docent nõ oportere se iurare facturos esse, qđ contra
legem Corneliã esset, quę proscriptũ iuuari vetat, impetrant vt ne iurẽt. dat his possessionẽ.
Id ego nõ reprehendo. Etem erat iniquum homini proscripto, egenti, de fraternis bonis qcq;
dari: & ille libertus, nisi ex testamẽto patroni iurasset, scelus se facturũ arbitrabatur. Itaq; ei
Verres possessionem hereditatis negat se daturum, ne posset patronũ suum proscriptũ iu
uare: simul vt esset pœna, qđ alterius patroni testamẽto obtẽperasset. Das possessionẽ ei qđ non
iurauit, concedo, Pretorium est. adimis tu ei qui iurauit: quo exẽplo: proscriptum iuuat. Lex
est, pœna est. quid ad eũ qui ius dicit? Vtrum reprehẽdis qđ patronum iuuabat eũ, qui tũ in
miseriis erat: an qđ alterius patroni mortui voluntatẽ conseruabat, a quo summũ beneficiũ
acceperat? Vtrũ horum reprehẽdis? Et hoc tum de sella vir optimus dixit, Equiti Ro. tã lo
cupleti libertinus sit homo heres? O modestũ ordinem, qđ illinc viuus surrexit. Possum sexa
ginta decreta proferre, in qbus vt ego pecuniam nõ dicam intercessisse, ipsa decretorũ noui
tas iniquitasq; declarat. Verum vt ex vno, de ceteris cõiecturam facere possitis, id qđ prio
re actione cognostis, audite. C. Sulpitius Olympius fuit. is mortuus est C. Sacerdote pre
tore, nescio an anteq; Verres praturã petere cõperit. fecit hãredem M. Octauium Ligurem,
Ligur hereditatem adiit, possedit Sacerdote Pretore sine vlla controuersia. Posteaq; Verres
Magistratum iniit, ex edicto istius, quod edictũ Sacerdos nõ habuerat, Sulpitiũ patroni filia
sextam partem hereditatis ab Ligure petere cõpit. Ligur nõ aderat. L. frater eius causam age

Nundinari.

Nequam.

Minus di
midium.

Lex Corn.

bat, aderant amici, p̄p̄inqui: dicebat iste, nisi cū muliere decideretur, in possessionē se ire iul̄
 furum. L. Gellius causam Ligur̄is defendebat: docebat edictū eius nō oportere ad eas heredi-
 rates valere, quę ante eū Prętorē venissent: si hoc tū fuisset edictū, fortasse Ligurē heredita-
 tē aditurū nō fuisse. Aequa postulatio, summa hoīm auctoritas, precio superabat. Venit Ro-
 mā Ligur, nō dubitabat, qn̄ si ipse Verrē cōuenisset, equitate causę, & auctoritate sua cōmo-
 uere hoīm posset. domū ad eū venit, rē demonstrat: q̄ pridē sibi hereditas venisset, docet: qđ
 facile in causa aq̄uissima hominī īgenioso fuit: multa, q̄ quēuis mouere possent, dixit: ad ex-
 tremū petere coepit, ne vsq; eo suā auctoritatē despiceret, gratiāq; contēneret, vt se tāra īiu-
 ria afficeret. Homo Ligurē accusare coepit, qui in re aduētitiā, atq; hereditariā tā diligēs, tā
 attentus esset: debere eū aiebat suā quoq; rōnem ducere, multa sibi opus esse, multa canibus
 suis, quos circa se haberet. Nō possum illa planius cōmemorare, q̄ ipsum Ligurē p̄ testimo-
 niū dūcere audistis. Quid em̄ Verres: Vtrū ne his q̄dem testibus credet: an hac ad rē nō per-
 tinet: nō M. Octauio: nō L. Liguri: q̄s nobis crederet: cui nos: qđ est Verres qđ planū fieri te-
 stibus possit, si hoc nō fit: an id qđ dicūt, leue est: Nihil leuius, q̄ Prętorē Urbis hoc iuris in
 suo magistratu cōstitueret, oībus his, quibus hereditas venerit, coheredē Prętorē esse opor-
 tere. An vero dubitam⁹, quo ore iste cęteros hoīes īferiore loco, auctoritate, ordine, quo ore
 hoīes rusticanos ex municipiis, quo deniq; ore, quos nunq; liberos hoīes duxerit, solitus sit
 appellare, qui ob ius dicendū, M. Octauīū Ligurē, hominē ornatissimū loco, ordine, noīe, vir-
 tute, ingenio, copiis, poscere pecuniā nō dubitarit: In fartis tectis vero quēadmodū sese gef-
 ferit, quid ego dicā: dixerūt q̄ senserūt. Sunt alii qui dicāt: notę res, ac manifestę plata sunt,
 & p̄ferūtur. Dixit C. Fannius Eques Ro. frater germanus Q. Titiniū iudicis tui, tibi se pecuniā
 dedisse. Recita Testimoniū C. Fannii. Nolite C. Fannio dicenti credere, noli inquā tu Q. Ti-
 tini C. Fannio fratri tuo credere. Dicit em̄ rē incredibilē, C. Verrē insimulat auaritię, & au-
 dacię, quę vitia videntur in quēuis potius, q̄ in istum cōuenire. Dixit Q. Tadius homo famē
 liarissimus patris istius, nō alienus a matris eius genere, & noīe: tabulas p̄tulit, quibus pecu-
 niā se dedisse ostendit. Recita noīa Q. Tadii. Recita testimoniū Q. Tadii. Ne tabulis q̄dem
 Q. Tadii, nec testimoniū credetur. Quid igitur in iudiciis sequemur: quid est aliud oībus o-
 mnia peccata, & maleficia cōcedere, nisi hoc, hoīm honestissimorū testimoniis, & virorū bo-
 norū tabulis nō credere: Nā quid ego de quotidiano sermone querimoniāq; Po. Ro. loquar,
 de istius impudētissimo furto, seu potius nouo, ac singulari latrocinio: ausum esse in eade Ca-
 storis, celeberrimo clarissimoq; monimēto, qđ templū in oculis, quotidianoq; aspectu Popu-
 li Ro. est positū, quo sepe numero senatus cōuocatur, quo maximarū rerū frequētissime quo-
 tidie aduocationes fiunt, in eo loco, in sermone hoīm, audacię suę monimētū eternū relin-
 quere. Aedē Castoris Iudices P. Iunius habuit tuendā, L. Sylla Q. Metello cōsulibus. is mor-
 tuus est, reliquit pupillū parū filium. cū L. Octauius, C. Aurelius Conf. ades sacras locauis-
 sent, neq; potuissent omnia sarta tecta exigere, neq; ii Prętores, quibus erat negotium datū,
 C. Sacerdos, & M. Casius, factum est S. C. quibus de fartis tectis cognitum, & iudicatum
 non esset, vti C. Verres, P. Cælius Prętores cognoscerent, & iudicarent. Qua potestate
 iste permīssa, vt ex C. Fannio, & ex Q. Tadio cognouistis, verūtamen cum esset omnibus in
 rebus apertissime, impudentissimeq; prędatus, hoc voluit clarissimum relinquere iudici-
 um latrociniorum suorum, de quo non audire aliquando, sed videre quotidie possemus.
 Quasiuit quis adem Castoris sartam tectam deberet tradere. Iunium ipsum mortuum esse
 sciebat: scire volebat, ad quem illa res pertineret: audit pupillum esse filiū, homo qui semper
 ita palam dicitasset, pupillos & pupillas certissimam prędam esse Prętoribus, optatum ne-
 gotium sibi in sinum delatum esse dicebat. Monimētum illa amplitudine, illo opere, q̄uis
 sartum tectum integrumq; esset, tamen aliquid inuenturum in quo moliri prędariq; pos-
 set, arbitratur. L. Rabonio adem Castoris tradī oportebat, is casu pupilli Iunii tutor erat
 testamento patris, cum eo sine vllō intertrimento conuenerat iam, quemadmodum trade-
 retur. Iste ad se Raboniū vocat, querit, ecquid sit, quod a pupillo traditum non sit, quod exi-
 gi debeat. Cum ille id quod erat, diceret, facilem pupillo traditionem esse, signa, & dona cō-
 parere omnia, ipsum templū omni opere esse integrum, indignū isti videri coepit, ex tāra eade
 tantoq; opere se nō opimum pręda, p̄sertim a pupillo, discedere. Venit ipse in adem Casto-
 ris, considerat tēplū, videt vndiq; tectū, pulcherrime laqueatū, p̄terea cętera noua, atq; inte-
 gra, Verlat se, querit quid agat: dicit ei quidam ex illis canib⁹, quos iste Liguri dixerat, esse

Aduētitiā
res.

Ducere rā
tionem.

Sarta tecta

Frater ger-
manus.

Intertrime-
tum.

Opimum
pręda.

Actio. III.

Ad perpen- circa se multos. Tu Verres hic qđ moliare, nihil habes, nisi forte vis ad perpendiculū co-
diculum. lumnas exigere. Homo oīm rerū imperitus, querit, quid sit ad perpēdiculū. Dicit ei, fere nul-
lam esse columnam, quæ ad perpendiculū esse possit. Nā mehercule, inquit, sic agamus: colu-
mnæ ad perpendiculū exigantur. Rabonius qui legem nosset, qua in lege numerus tantū co-
lumnarū traditur, perpendiculi mentio sit nulla, & qui nō putaret sibi expedire, ita accipere,
ne eodem modo reddēdū esset, negat id sibi deberi, negat oportere exigi. Iste Raboniū quies-
scere iubet, & simul ei nōnullam spem societatis ostendit. Hominē modestū, & minime perti-
nacē facile coercet, columnas ita se exacturum esse confirmat. Noua res, atq; improbita pu-
pilli calamitas nunciatur statim C. Mustio vitrico pupilli, qui nup est mortuus, M. Iunio pa-
truo, P. Potitio tutori homini frugalissimo. Hi rem ad virū primariū summo officio, ac vir-
tute peditū M. Marcellū, qui erat pupilli tutor, deferunt. Venit ad Verrē M. Marcellus, pe-
tit ab eo pro sua fide, ac diligentia pluribus verbis, ne per summā iniuriā pupillū Iunij for-
tunis patris conetur euertere. Iste qui iā spe, & opinione pēdā illā deuorasset, neq; vlla equi-
tate orationis, neq; auctoritate M. Marcelli cōmorus est. Itaq; quēadmodū ostendisset, se id
exacturū esse respondit. Cum sibi omnes ad istū allegationes difficiles, omnes aditus arduos
ac potius interclusos viderent, apud quē nō ius, non equitas, non misericordia, non propin-
qui oratio, non amici voluntas, non cuiusq; auctoritas pro precio, nō gratia valeret, statuit
id sibi optimū esse factū, qđ cuius venisset in mentē, petere auxiliū a Chelidone, quē isto pē-
tore, nō modo in iure ciuili, priuatorūq; oīm controuersis populo Romano pēfuit: verum
etiā in his fartis tectis dominata est. Venit ad Chelidonē C. Mustius eques Ro. publicanus,
Publican⁹ homo cū primis honestus: venit M. Iunius patruus pueri, frugalissim⁹ homo, & castissimus:
honestus. venit homo summo honore, pudore, & summo officio, spectatissim⁹ ordinis sui P. Potitius
tutor. O multis acerbam, O miserā, atq; indignā pēturam tuam: vt mittam cetera, quo tan-
dem pudore tales viros, quo dolore meretricis domū venisse arbitramini? qui nulla cōditio-
ne istam turpitudinē subissent, nisi officii, necessitudinisq; ratio coegisset. Veniūt, vt dico, ad
Chelidonē. domus erat plena: noua iura, noua decreta, noua iudicia pēbātur, mihi det pos-
sessionē, mihi ne adimat, in me iudiciū ne det, mihi bona addicat, alii nummos numerabant:
alii tabulas obfignabāt: domus erat nō meretricio cōuentu, sed pētorā turba referta. Simul
ac potestas primū data est, adeūt hi quos dixi. loquit Mustius, rē demonstrat, petit auxiliū, pe-
cuniā pollicet. Respōdit illa, vt meretrix, nō inhumane, libēter ait se esse facturā, & se cū isto
diligēter sermocinaturā: reuertī iubet. tū discedūt. postridie reuertitur. negat illa posse ho-
minē exorari, permagnā eū dicere ex illa re pecuniā cōfici posse. Vereor ne qs forte de popu-
lo, qui priori actiōe nō affuit, hec, qa ppter insignē turpitudinē sunt incredibilia, fingi a me
arbitret. ea vos antea Iudices cognouistis, dixit iuratus P. Potitius tutor pupilli Iunii, dixit
M. Iunius tutor, & patruus. Mustius dixisset, si viueret: sed p Mustio, recēti te de Mustio au-
ditum dixit L. Domitius. Qui cū sciret me ex Mustio viuo audisse, qđ eo sum vsus plurimū.
etē iudiciū, qđ ppe oīm fortunarū suarū C. Mustius habuit, me vno defendēte vicit. cum
hoc, vt dico, sciret L. Domitius me scire, ad eū res oēs Mustiū solitū esse deferre, tñ de Che-
lidone reticuit, quoad potuit, alio respōsionē suā deriuauit. Tātus in adolescēte clarissimo,
ac principe iuuetutis, pudor fuit, vt aliquādiu, cū a me premeretur, omnia potius respōderet;
qđ Chelidonē noīaret. Primo necessarios isti⁹ ad eū allegatos eē dicebat: deinde aliqñ coactus
Chelidonem noīauit. Nō te pudet Verres, eius mulieris arbitratu gessisse pēturā, quam L.
Domitius ab se noīari vix sibi honestū esse arbitrabat! Reiecti a Chelidone capiūt cōsiliū ne-
cessariū, vt suscipiāt ipsi negotiū. cū Rabonio tutore, qđ erat vix HS. quadragita milliū, trās-
igūt HS. ducētis millibus. Refert ad istū rē Rabonius, vt sibi videbat, satis grādē pecuniā, &
satis impudentē esse. Iste q aliquāto plus cogitasset, male accipit verbis Raboniū, negat eū si-
bi illa decisione satisfacere posse, ne multa, locaturū se esse cōfirmat. Tutores hec nesciūt: qđ
actū erat cū Rabonio, putāt id esse certissimū, nullā maiorē pupillo metuūt calamitatē. Iste
Procrasti- vero nō pcrastinat, locare incipit nō pscripta, neq; edicta die, alienissimo tēpore, ludis ipsis
nare. Romanis foro ornato. Itaq; renūciat Rabonius illā decisionē tutoribus, accurrūt tñ ad tem-
pus tutores, digitū tollit Iunius patruus. Isti color imuratus est: vultus, oratio, mens deni-
q; excidit, qđ ageret cōepit cogitare. Si op⁹ pupillo redimeret: si res abiret ab eo mācipē, quē
ipse apposuisset, sibi nullam pēdam esse. Itaq; excogitat, quid: nihil ingeniose, nihil qđ qđ
possit dicere improbe, verū callide: nihil ab isto tectum, nihil veteratorum expectaueritis;

omnia apta, oia perspicua reperient, impudētia, amētia, audacia. Si pupillo opus redimitur, mihi praeda de manib⁹ eripitur. Quod est igitur remediū: qd' ne liceat pupillo redimere. vbi illa consuetudo in bonis, prae'dibus, prae'diisq; vendēdis omnium Conf. Censorum, Prae. Quaestorum deniq;: vt optima conditione sit is, cui res sit, cuium periculum: Excludit eum solū cui prope dicam soli potestatem factam esse oportebat. Quid enim quisq; ad meam pecuniam me iūto aspirat! Quid accedit! Locatur opus id, quod ex mea pecunia reficiatur. Ego me refecturum esse dico, probatio futura est tua, qui locas: prae'dibus & prae'diis populo cautum est. & si non putas cauta, scilicet tu Prae, in mea bona quos voles immittes! me ad meas fortunas defendēdas accedere non finas! Opere precii est ipsam legē cognoscere, dicetis eūdem conscripsisse qui illud edictum de hareditate. EX OPERE FACIENDO QVAE PUPILLI IVNII. Dic, dic queso clarius. C. VERRIS PR. VRBIS ADDIDIT. Corrigitur leges Censorie. Quod enim video in multis veteribus legibus, Cn. Domitius, L. Metellus, L. Cassius, Cn. Seruilius Censores addiderunt, vult aliquid eiusmodi C. Verres, dic quid addidit! QVI DE L. MARTIO, M. PERPENNA CENSORIBVS. SOCIVM NE ADMITTITO: NEVE PARTEM DATO: NEVE REDIMITO. Quid ita: ne vitiosum opus fieret! At erat probatio tua. Ne parum locuples eēt: at erat, & esset amplius, si velles, populo cautum prae'dibus, & prae'diis. Hic te si res ipsa, si indignitas iniurię tuę non commouebat, si pupilli calamitas, propinquorum lachrymę, D. Bruti, cuius prae'dia subierūt periculum, M. Marcelli tutoris auctoritas, apud te ponderis nihil habebat, ne illud quidem aīduerbas: eiusmodi fore hoc peccatum tuū, qd' tu neq; negare posses, in tabulas enim retulisti, neq; cum defensione aliqua confiteri. Addicē id opus HS. DLX. millibus, cum tutores HS. LXXX. millibus id opus, ad illius hominis iniquissimi arbitriū se effecturos esse clamarent. Eteū quid erat operis: id qd' vos vidistis, omnes illę columnę, quas dealbatas videtis, machina apposita, nulla impensa defectę, eisdemq; lapidibus repositę sunt. Hoc tu HS. DLX. millib⁹ locauisti. Atq; in illis columnas dico esse, quę a tuo redēptore cōmotę nō sint: dico esse ex qua tātū tectoriū vetus deletū sit, & nouū inductū. Q; si tāta pecunia columnas dealbari putassem, certe nunq; aedilitatem petiuissem. At vt videatur tamen res agi, & non eripi pupillo. SI QVID OPERIS CAUSA RESCIDERIS, REFCITO. Quid erat quod rescinderet, cum suo quę loco lapidem reponeret! QVI REDEMERT, SATIS DET DAMNI INFECTI EI, QVI A VETERE REDEMPTORE ACCEPERIT. Deridet, cū sibi ipm iubet satisfare Raboniū. PECVNIA PRAESENS SOLVATVR. Quib⁹ de bonis: eius, qd' tu HS. DLX. millibus locasti, HS. LXXX. millibus effecturū esse clamauit. Quibus de bonis: pupilli, cuius etatē, & solitudinem, etiā si tutores nō essent, defendere Praetor debuit, tutorib⁹ defendētibus nō modo patrias eius fortunas, sed etiā bona tutorū admisti. HOC OPVS BONVM SVO CVIQVE FACITO. Lapis aliq; cedēdus & apportandus fuit, machina sua. nā illo nō saxū, nō materies aduecta est: tantū operis & in ista locatio- ne fuit, quantū pauce operę fabroꝝ mercedes tulerūt, & manus precii machine. Vtrū existi- matis minus opis esse, vnā columnā efficere ab integro nouā, nullo lapide rediuiuo, an quat- tuor illas reponere! Nemo dubitat, qn multo maius sit nouā facere. Ostēdā in edibus priua- tis lōga, difficilq; vectura, columnas singulas ad impluuiū HS. quadragenis millibus nō mi- nus magnas locatas. Sed ineptū est de tā perspicua istius impudētia pluribus verbis disputa- re, praesertim cū iste aperte tota lege oīm sermonē, atq; existimationē cōtempserit, qui etiā ad extremū cōscripserit. REDIVIVA SIBI HABETO. Quasi quicq; rediuiui ex opere illo tol- leretur, ac nō totum opus ex rediuiuis cōstitueretur. At enim si pupillo redimi nō licebat, nō necesse erat rē ad ipsum peruenire: poterat aliquis ad id negotiū de populo accedere. oēs exclusi sunt, nō minus aperte, q̄ pupillus. Diē praestituit operi faciēdo Calen. Decēbris. locat circiter Idus Septēbris. angustiis temporis excludūtur omnes. Quid ergo! Rabonius istā diē quomodo assequitur! Nemo Rabonio molestus est neq; Calen. Decēbris, neq; nonis, neq; Idi- bus. Deniq; aliquāto in prouinciā iste proficiscitur prius, q̄ opus effectum est. Posteaq; reus factus est, primo negabat opus in acceptū referre posse. cū instaret Rabonius, in me causam cōferebat, q̄ tū codicē obsignassem. Petit a me Rabonius, & amicos allegat, facile ipetrat. iste qd' ageret, nesciebat. si in acceptū nō retulisset, putabat se aliquid defensionū habiturū. Rabo- nium porro intelligebat rē totā esse patefacturū, tamen qd' poterat esse apertius, q̄ nunc est, vt vno minus teste haberet Rabonio! Opus in acceptum retulit quadriēnio post q̄ diem ope

Taperient.

Prædibus
& prædiis
cautum.Tectoriū
inductum.Damni in-
fecti satis
det.Lapis redi-
uiuus.Referre in
acceptum.

Actio. III.

ri dixerat. Hac cōditiōe, si quis de populo redemptor accessisset, cū die ceteros redēptores exclusisset, tum in eius arbitriū ac potestātē venire nolebat, qui sibi ereptā prēdam arbitrare tur. Nōne argumētatur quo ista pecunia peruenerit? fecit ipse iudiciū. Primū cū vehemētius cū eo D. Brutus cōtenderet, q̄ de sua pecunia HS. CCL. millia numerauit, q̄ iā iste ferre nō poterat opem addicō, prēdibus acceptis de HS. DLX. millibus, remisit D. Bruto HS. CX. millia. Hoc, si aliena res esset, certe facere non potuisset. Deinde nummi numerati sunt Cornificio, quē scribā suū fuisse negare nō potest. Postremo ipsius Rabonii tabulę prēdam illam istius fuisse clamāt. Recita noīa Rabonii. Hic etiā priore actiōe Q. Hortēsius pupillum Iuniū venisse prētextatū in vestrū cōspectū, & testes secū, patruo testimoniū dicente, questus est: & me populariter agere, atq; inuidiam cōmouere, q̄ puerū pducere, clamitauit. Quid erat Hortēsi tandē in illo puero populare? quid inuidiosum? Gracchi credo, aut Saturnini, aut alicuius hoīs eiusmodi, pduxerā filiū, vt noīe ipso, & memoria patris, animōs in aperiētē multitudinis concitarē. P. Iuniū erat, hoīs de plebe Romana filiū, quē pater moriens tum tutoribus, & ppinquis, tū legibus, tū equitati magistratū, tū iudiciis vestrīs cōmēdandū putauit. Hic istius scelerata locatiōe, nefarioq; latrocinio bonis patriis, fortunisq; oībus spoliatus venit in iudiciū, si nihil aliud, saltē vt eū, cuius opera ipse multos annos est in forōdibus, paulo tamē obsoletius vestitū videret. Itaq; tibi Hortēsi nō illius etas, sed causa, nō vestitus, sed fortuna popularis videbat: neq; te tā cōmouebat, q̄ ille cum toga prētexta, q̄ q̄ sine bulla venerat. Vestitus, n. neminē cōmouebat is, quē illi mos, & ius ingenuitatis dabat. qd̄ ornāmētū pueritię pater dederat, indicū, atq; insigne fortunę, hoc ab isto prēdone ereptum esse, grauiter, & acerbē hoīs ferebant. Neq; erant hęc lachrymę populares magis, q̄ nostrę, q̄ tuę Q. Hortēsi, q̄ hoīs qui sentētiā laturi sunt. Ideo q̄ cōmunis est causa, cōmune periculum, cōmuni prēsidio talis improbitas, tanq̄ aliqd̄ incēdium, restinguenda est. Habemus em̄ liberos paruos, incertū est q̄ longa nostrū cuiusq; vita futura sit: consulere viui, ac prospicere debemus, vt illorum solitudo, & pueritia q̄ firmissimo prēsidio munita sit. Quis est enim, qui tueri possit liberum nostrorum pueritiā contra improbitatem magistratuum? Mater credo, scilicet magno prēsidio fuit Annie pupillę mater fœmina primaria: min⁹, illa deos hominesq; implorante, iste infanti pupillę fortunas patrias ademīt. Tutores ne defenderēt? per facile vero, apud istiusmodi Prætorem, a quo M. Marcelli tutoris in causa pupilli Iuniū & oratio, & volūtas, & auctoritas repudiata est. Quæremus etiā, qd̄ iste in vltima Phrygia, qd̄ in extremis Pampylia partibus fecerit: qualis in bello prædonum prædo ipse fuerit, qui in foro populi Romani pirata nefarius reperitur? Dubitamus quid iste in hostium præda molitus sit, qui manubias sibi tātās ex L. Metelli manubiis fecerit: qui maiore pecunia quattuor columnas dealbandas, q̄ ille omnes ædificandas locauerit? Expectemus quid dicant ex Sicilia testes: quis vnq̄ templum illud aspexit, quin auaritię tuę, quin iniurię, quin audacię testis esset? Quis a signo Vertumni in circum maximum venit, quin is vno quoq; gradu de auaritiā tua commoneretur? Quam tu viam thensarum, atq; pompę eiusmodi exegisti, vt tu ipse illa ire nō audeas? Te putet quisq; cum ab Italia freto disiunctus esses, sociis tēperasse, qui eadē Castoris testem furtorū tuorum esse volueris, quā populus Romanus quotidie, Iudices etiā tum, cum de te sententiā ferrent, viderent? Atq; etiam iudiciū in Prætura publicum exerceuit. non em̄ prætereundum est ne id quidē, petita multa est apud istum prætorē a Q. Opimio, qui adductus in iudiciū verbo, q̄ cum esset Tri. Ple. intercessisset cōtra legem Corneliā, q̄ in Tribunatu dixisset cōtra alicuius hominis nobilis voluntatē. De quo iudicio si velim dicere omnia, multi appellandi, ledendiq; sunt, qd̄ mihi non est necesse: tantū dicam, paucos homines arrogantes hoc adiutore Q. Opimium per ludum, & iocū fortunis omnib; euerisse. Is mihi etiam queritur, q̄ a nobis VIII. solis diebus prima actiō sui iudicii trāfacta sit, cum apud ipsum tribus horis Q. Opimius Senator populi Ro. bona, fortunas, ornamenta omnia amiserit. Cuius ppter indignitatē iudicii, sepissime est actū in Senatu, vt genus hoc totum mulctarū, ac iudicio eiusmodi tollerēt. Iā vero in bonis Q. Opimii vendēdis quas iste prædas, q̄ apte, q̄ improbe fecerit, lōgū est dicere. Hoc dico, nisi vobis id hoīm honestissimorū tabulis planū fecero, fingi a me hoc totū tēporis causa putatote. Iā qui ex calamitate Senatoris Po. Ro. cū Prætore iudicio eius pręfuisset, spolia domū suā referre, & manubias detrahere, conatus est, is vllā ab sese calamitatē poterit deprecari? Nā de subfortitiōe illa Iuniana Iudicium cum nihil dico. Quid enim? contra tabulas, quas tu protulisti, audes dicere? difficile est. Nō

Prætextat⁹

Manubię.

† Marcelli.

Vertumn⁹

Thensę.

† Tre q̄.

em me tua solū, & iudicū auctoritas, sed etiā annulus aureus scribē tui deterreret. Nō dicam id qđ pbare difficile est: hoc dicā, qđ ostēdā, multos ex te viros primarios atdidisse, cū diceres ignosci tibi oportere, qđ falsum codicē ptuleris. Nā qua inuidia C. Iunius cōflagrarit, ea nisi prouidisses, tibi ipsi tum peundū fuisset. Hoc modo iste sibi, & saluti suę pspicere didicit, referēdo in tabulas & priuatas & publicas qđ gestū nō esset, tollendo qđ esset, & semp aliquid demendo, mutādo, curādo ne litura appareat, interpolando. Eo em vsq; p̄greditur, vt ne defensionē qđ maleficioꝝ suorū sine aliis maleficiis reperire possit. Eiusdē modi sortitionē homo amētissimus suorū quoq; iudicū fore putauit, per sodalē suū Q. Curtiū Iudicem quęstionis: cui nisi ego vi populū, & hominū clamore, atq; cōuitio restituissem, ex hac decuria nostra, cuius mihi copiam q̄largissime factam oportebat, erepta esset facultas eorum, quos iste auauerat, in suū consilium sine causa subfortiebatur.

Defideratur quippiam.

ACCVSATIONIS IN C. VERREM LIBER. III. ORATIO. VII.



MVLTA mihi necessario Iudices pratermittenda sunt, vt possim aliquo modo aliquando de his rebus, quę meę fidei cōmissę sunt, dicere. Recepti em causam Sicilię: ea me ad hoc negotiū prouincia attraxit. Ego tamē hoc onere suscepto, & recepta causa Siciliensī, amplexus animo sum aliquāto amplius. Suscepi. n. causam totius ordinis, suscepi causam populū Ro. qđ putabā tum deniq; recte iudicari posse, si non modo reus improbus adduceretur, sed etiam diligens, & firmus accusator ad iudiciū veniret. Quo mihi maturius ad Sicilię causam veniendū est, relictis ceteris eius furtis, ac flagitiis, vt & viribus q̄integerrimis agere, & ad dicēdū temporis satis habere possim.

De iurisdictione, quā secūdū accusationis Cicero ipse vocat in oratore,

Atq; adeo anteq̄ de incōmodis Sicilię dico, pauca mihi vidētur esse de prouincię dignitate, vetustate, vtilitate, dicenda. Nā cum omnium sociorū prouinciarūq; rationem diligēter habere deberis, tum precipue Sicilię Iudices, plurimis, iustissimisq; de causis. Primū qđ omnium nationū exterarū princeps Sicilia se ad amicitiam fidemq; populū Ro. applicuit: prima omnium, id qđ ornāmētum imperii est, prouincia est appellata: prima docuit maiores nostros, qđ preclarū esset exteris gētib; imperare: sola fuit ea fide, beneuolētiq; erga populum Romanum, vt ciuitates eius insule, quę semel in amicitiam nostram venissent, nunq; postea deficerent: pleręq; autē, & maxime illustres in amicitia perpetuo manerēt. Itaq; maioribus in Africā ex hac prouincia gradus imperii factus est. Neq; em tam facile opes Carthaginis tantę concidissent, nisi illud, & rei frumentarię subsidiū, & receptaculum classibus nostris pateret. Quare P. Africanus Carthaginē deleta, Siculorū vrbes signis, monimētisq; pulcherrimis exornauit, vt quos victoriā populū Ro. maxime letari arbitrabatur, apud eos monimēta vīctorię plurima collocaret. Deniq; ille ipse M. Marcellus, cuius in Sicilia virtutem hostes, misericordiam victi, fidē ceteri Siculi perspexerunt, nō solum sociis in eo bello consuluit, verū etiam superatis hostibus rēperauit: urbem pulcherrimā Syracusas, quę cum manu munitissima esset, tum loci natura terra, ac mari claudebatur, cū vi consilioq; cepisset, nō solum incolumē passus est esse, sed ita reliquit ornata, vt esset idem monimētū victorię, mansuetudinis, continentię: cum homines viderēt, & quid expugnasset, & quibus pepercisset, & quę reliquisset. tantum ille honorem Sicilię habendum putauit, vt ne hostium quidem urbē ex sociorū insula tollendam arbitraretur. Itaq; ad omnes res Sicilia prouincia semper vsi sumus, vt quicquid ex sese posset efferre, id nō apud eos nasci, sed domi nostrę conditum putarem. Quando illa frumentum, quod deberet, nō ad diem dedit: quando id qđ opus esse putaret, nō vltro pollicita est: qñ id qđ imperaret, recusauit: Itaq; ille M. Cato sapiēs cellam penariā Reip. nostrę, nutricē plebis Romanę, Siciliā noiauit. Nos vero experti sumus, Italico maximo difficillimoq; bello, Siciliā nobis nō p penaria cella, sed pro erario illo maiorē vere re, ac referto fuisse. Nā sine vilo sūpru. nro, coriis, tunicis, frumētisq; suppeditato, maximos exercit⁹ nostros vestiuit, aluit, armauit. Quid illa: qđ forsitan ne sentim⁹ qđ Iudices, quāta sunt: qđ multis locupletiorib⁹ ſciuib⁹ vtimur, qđ habēt ppinquā, fidelē, fructuosamq; puinciam, quo facile excurrāt, vbi libēter negotiū gerant, quos illa partim mercibus suppeditan-

Sicilię dignitas,

Catonis de Sicilia sententia. Cella penaria. ſciuitatibus.